





L 296  
DISSERTATIO IVRIDICA  
DE *Pri. 41.* *num. 10.*

# ANNO DESERVITO

SEV

1715 3a 7

# SALARIO PROMERITO,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO DOMINO

## C A R O L O

INCIBE PORVSSIAE MARCHIONE BRAN-  
DENBURG. RELIQUA

I N

## R E G I A F R I D E R I C I A N A

P R A E S I D E

## D O M I N O

## VSTO HENNINGIO BÖHNERO,

I. V. D. PROFESS. IVR. ORDINAR.

D. XI. APRIL. MDCCXV.

IN AUDITORIO MAIORI

PUBLICO EXAMINI SUBMITTET

KENFRIET  
UNIVERS.  
ZHALIE

JOANNES ADOLPHVS DE LVEDECKE,  
WOLFENBUTTELENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE,

TYPIS IOANNIS GRVNERI, Academ.



DISSERTATIO IAVIDICA

DE

# IMMOBILISARVITO

EX

# ATRIPROMERITO

EX

RETOLE MAGNIFICENTIA

IN HONORE M. T. CICERO

GEORGIO

SCULPTORI MELCHIORI BRUN

DEINBARG

RAEKA KIRCHGESSNER

PIKES

DOMINO

AD HENRICUM DORNERO

LUD. PEGNAE UR. OEDENS.

IN AUSTRIA MASCIA

TATIK 72

JOHANNES ADDOCTHUS FLEIDECKE

WOLFGANG STETTER

NAEAE MAGDEBVRGAE

TILOVNIUS GRANATI

GENEROISSIMO IVVENI,

IO. ADOLPHO  
DE LVEDECKE,

FAUTORI ET AMICO SUO  
ÆSTUMATISSIMO,

ante discessum

*ex hac Alma Fridericana*

publice disputanti

ea, qua par est, obseruantia

gratulatur

IVLIVS GOTHOFREDVS  
SCHLVTER,

WOLFFENBUTLENSIS.

GENEROISSIME RESPONDENS,  
FAVTOR ET AMICE AESTV.  
MATISSIONE,



Ic tandem academicorum  
studiorum cursum absoluere, et  
ad patrios lares reuertere in-  
tendis; neque id sine laudis  
praemio facere cupis, sed ante  
continuorum laborum catena-  
tarumque vigiliarum *TWARVM*  
specimen voluisti exhibere, quam abhinc discede-  
res. Monstras itaque, qui *TVI* sint profectus, et  
quid ab illis praestari posse, qui tempus studiis de-  
stinatum non inutilibus excursionibus, sed auscultan-  
dis doctissimorum virorum sermonibus celebrerri-  
misque doctrinis impendunt. Postquam enim a te-  
neris vnguiculis iis optime artibus imbutus es, qui-  
bus puerilis aetas ad humanitatem informari solet,  
atque deinde cum ex ephebis excederes, ad altiora  
adspirans celebrem Sueorum *Tubingam* visitares,  
tum publicae tum priuatae iurisprudentiae funda-  
menta eo *TIBI* ordine explicata sunt, vt eo facilius in  
*bac Alma Fridericiana* id, quod *TIBI* deesset, supple-  
re, atque ad exoptatum penitus scopum peruenire  
posse. Hanc ob rem iamiam memoratis artibus ac  
scientiis maxime necessarium et oblectationibus ple-  
num historiarum studium adiunxisti, nec quid in iu-  
re

re ecclesiastico et feudali singulare occurreret, unquam a TE neglectum est. Adsum multi, qui hac in re testes mihi esse poterunt omni exceptione maiores.

Verum, GENEROSISSIME RESPONDENS, quid mirum? TE singulari plane ordine in omnibus processisse, vbi alii summa imis miscentes sine plumis volare, sine pinnis natare audent? PERILLVSTRIS TVVS PARENTS inter grauissima sua et innumera negotia tantus humaniorum litterarum aestimator est, vt suave SIBI otium exoriri existimet, si praestantissimi Senecae volumina versandi aut acutissimi Taciti succinctas narrationes euoluendi tempus occasionemque nanciscitur. Hic ergo et IPSE, et per alios exquisitissimos magistros ingenium TVVM per multos annos ita praeparauit, vt ad altiora penetranda fieres aptissimus. Cumque TE patriam relinquere oporteret, ERVDITVM BVRCK HARDVM TVVM TIBI adiunxit, qui IPSI in omnibus se ita probauerat, vt hoc moderante omne studiorum TVORVM curriculum quam commodissime absolui posse facile iudicarer.

Quicquid SPLENDIDISSIMA TVA FAMILIA a TE exspectauit, adhuc prospere euenit, nec ullum dubium supereft, quin DEO T.O M. aduentu DIGNISSIMO PATRE DIGNISSIMVS FILIVS post pauca tempora exiftas.

Hacce ergo, GENEROSISSIME RESPONDENS, occasione inductus, et ILLVSTRIBVS TVIS PARENTIBVS, et omni AMPLISSIMAE TVAE FAMILIAE, et TIBI ex animo gratulari officii mei esse putavi. Siquidem tanta EXCELLEN-  
TISSIMI et OPTIMI TVI PAREN-  
TIS in patriam nostram sunt merita, vt quic-

XII  
quid

quid *ILLI* laetum acceptumque obtингere potest,  
suum aequa faciant ii, qui pro oblatis ingrati nolunt  
esse beneficiis. Ab *ILLO* a viginti et pluribus annis  
tanta et tot summi patrocinii signa in patrem meum  
profecta sunt, ut quocunque tempore ad grates, quas  
potest, offerendas se obstrictum sentiat. his ergo  
et ego affectus sum. Eadem inter nos, *GENE-*  
*ROSISSIME RESPONDENS*, semper fuit  
consuetudo, idemque vinculum. Non solum enim,  
cum domi adhuc degeremus, summa semper famili-  
aritate et intima amicitia usi sumus; sed et hic loco-  
rum *TE* eumdem veterem reperi Fautorem, qui sua-  
uissima atque optima *TVA* conuersatione me non in-  
dignum arbitrareris. Pro hac insigni humanitate  
et larga benevolentia *TIBI* me totum trado, et eo, quo  
longo tempore me amplexatus es, amore quam di-  
utissime pergere velis maximopere rogo. Ceterum,  
*PERILLVSTRIS* et *EXCELLENTISSIMI*  
*TVI PARENTIS*, *GENEROSISSIME RESPON-*  
*DENS*, vestigia sequere, *CIVIS* admirabilem in omni-  
bus actibus solertiam, exquisitam in consilio promi-  
titudinem, in euentibus et casibus prospiciendis sin-  
gularem prudentiam atque vigilantiam, in declinandis  
cautionem, experientiam, dexteritatemque omnes ad-  
mirantur, admirati venerantur. *HVIS*, inquam, se-  
quere vestigia, pietatem atque humanitatem imitare;  
salutares *EIVS* praeterea in omnibus ita adhibe admis-  
tiones, ut summis cum laudibus honoribusque  
*DEO, SERENISSIMO* et *CLEMENTISSI-*  
*MOPATRIAEPATRI*, aliisque auxilium *TVM*  
flagitantibus aliquando prodeesse queas et inseruire.

Pab. HALAE Venedorum IV. Id. April. 1515. CCXV.



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O IVRIDICA  
DE  
**ANNO DESERVITO**  
SEV DE  
**SALARIO PROMERITO.**

**C A P V T . I.**

De eo, quod justum est circa salaryum pro-  
meritum ex principiis rectar rationis.

**§ . L.**

**S**ALES & variis agitata Flatus Do-  
contentionibus est questio iuris de storum circa  
salary promerito, seu quantum sala- questiōnem  
riorum heredes petere queant, de- iuris de sala-  
fundo eo, cui annua salary fuerunt rio promerit  
constituta? Verbis quidem sat am-  
plis, et, ut fieri solet, confusis excus-  
sa est ab antiquis interpretibus, quos  
repenentes dicunt, maxime qui ad l. 4. D. de offic. Affessor.  
commentati sunt, quorsum refero Jo. BOLOGNETVM,

**A**

**IA-**

CAP. I. DE EO, QVOD IVSTVM EST CIRCA SALARIUM

IACOBVM DE NIGRIS, IO. BAPTISTAM, SEBASTIA-  
NVM SAPIAM, HIERONYMVM CAGNOLVM, BARTO-  
LVM aliosque. Sed si argumentorum pondera inspexeris,  
incertis plerique voluntur procellis, dubia mouent, non  
soluant; cortici verborum inhaerent, non vim & potestam  
legum perscrutantur, et non nisi confusum quoddam  
chaos nobis sicutum, ut non possint non lectoribus sacre-  
tuendam et bilem mouere. Rationes si desideras, in prom-  
tu sunt. Doctrinam juris Romani illustrare voluere, debiti-  
bus haud instructi subsidiis, viamque plane diuersam ingres-  
si sunt, quam quae Icti Romani sibi eundum esse censuerent.  
Illi instructi erant principiis iuris naturae, rectae rationis  
argumenta in decisionibus adhibebant, et aequitatis huma-  
nitasque, quae principia moralia praesupponit, imprimis  
rationem habebant, quae tamen adminicula prorsus ab an-  
tiquis interpretibus sunt neglecta, fusque deinceps habita, vni-  
de in interpretandis textibus non potuere non in scyllam  
incidere, evitare charybdim cupientes. Sicuti vero medi-  
cus, detecto morbi fonte, eo rectius aegrotum corpus sanare,  
et gubernator riaus, exploratis procellarum obstacu-  
lis, eo securius discrimina maritima evitare potest; ita ostendit  
difficultatum fonte, quae interpretibus in hac doctrina  
subeundae fuerunt, eo rectius eas superari posse prorsus iudico,  
si ante omnia, quid rectae rationi in hac doctrina con-  
formesit? excutiam, et iura positiva, mores, statutaque cum  
his fundamentis conferam. Quemadmodum enim Icti  
Romani in plerisque doctrinis rationis rectae praecpta sa-  
crauti sunt, et secundum ea decisiones suas formarunt, ita  
par erit, ut generalia quedam fundamenta paeſtruamus,  
ad quae omnia reuocari queant.

Causa ipsa  
principiis de-  
pendet ex ratio-  
ne et natura  
salarii.

§. II. Dependent autem principales rerum negotio-  
rumque rationes ex ipsa rei intima *natura*, eiusque sedula  
perscrutacione, adeoque *salarii* indoles paucis evoluenda.  
Salarium primario spud Romanos denotavit tribunorum  
mili-

militarium et Dueum annonam, a sale forte, quod nihil vi Denomina  
etui magis necessarium quam sal, vel quod salario percipi salarii.  
entes inde se alerent, notantibus SAMVLE PITISCO in  
Lexic. antiqu. Rom. voc. *salarium*, et IACOBO GOTHOFRE-  
DO de *salar.* c. I. §. 1. Latius postea hoc vocabu'um patuit, Latior salari-  
ut non solum *annonam*, sed etiam *commoda* et *stipendia mi-*  
*litum* denotaret. Evidem militia aliqua officia reipubli-  
cae nomine subeunda olim erant gratuita: sed postquam  
*extraneo milite* uti coeperunt, qui stipendio conducendus  
erat, paulatim etiam stipendia militibus assignata sunt. l. 27.  
de V. S. vid. LIVAVS lib. XXIV. t. 49. LIPSIVS de milit.  
Roman. l. 1. dial. 7. Cetera quoque munera reipublicae gra-  
tuita erant, nec in tutelae susceptione, quae gratis in iu-  
re dicitur, aliquid singulare occurrebat; quin et patronis  
causarum, pretio causas orare, lege Cincia interdictum erat, ceu IACOB. BRUMMERVS in de lege Cincia plenius docet. Sed tandem seueritas pristina exspirauit. Aduocatis  
stipendium accipere permisum est ad certum modum, l. i. §.  
10. de extraordinar. cognit. quin etiam iis *salaria annua* sunt  
permissa, l. 7. mand. l. 38. locat. conduct. et praeterea etiam  
munera publica dispensantibus aut liberales artes exercen-  
tibus *salaris* constituta fuere, sive ex aerario publico sive a  
priuatis. l. 4. de offic. assess. l. 19. infin. locati l. 16. §. 1. de alimen-  
tis leg. l. 4. §. 6. de fideic. libert. l. 4. in fin. de decr. ab ord. fac.  
l. 4. de extraordinar. cognit. Vide duplex fuit *salarium*, *publicum*  
et *priuatum*: illud publica autoritate debebatur; hoc vero  
priuata partium conventione, vel alia dispositione consti-  
tuebatur, veluti tutoribus, l. 33. inf. de adm. Operic. tut. DN.  
MENCKE et MOLLENBECKIUS de *salario tutorum et curato-*  
*rum*; medicis. l. 16. §. 1. de alimen. legat. aduocatis, praec-  
ceptoribus, l. 1. pr. de extraordinar. cognit. aliisque de quibus agit GOTHOFREDVS de *salario cap. 3.*

§. III. Et si vero *salarium* quodvis emolumentum de- Triplex signi-  
noter, quod officio vel opera praefixa singulari in retribu- ficatus voca-  
tio. buli *Salarii*.

CAP. I. DE EO, QVOD IUSTVM EST CIRCA SALARIVM

tionem praestatur, sive annuatim debeatur, sive in genere pro officio praestito promissum sit, quo in significatu salariū definit. IACOBVS GOTHOFRDVS de salario c. I. §. 3. quod sit iusta debitaque laboris sive operae sumtae sumendaque vel etiam officii in qua cunquere ad referendam vicem compensatio: specialiori in sensu tamen salariū pro annua praestatione et erogatione capitur, adeo ut etiam ICCL veteres hac denominatione vtantur, quoties annuis impliciter praestanda sunt, nullo habito laboris officiique respectu tuendi exhibendique sui gratia, l. 8. §. 23. de transaction. l. 21. de in rem verso l. 61. in f. de Oblig. et Act. l. 19. §. fin. de ann. legat. Porro quamvis opera officiique varii generis sint, quae dato aliquo praestitoque compensari solent, primario tamen operae locari non solitae seu non mercenariae hic intelliguntur, pro quibus compensandis salariū constitui solet, veluti pro liberalibus artibus, patrociniō cauillarum, officio publico aliisque operis, quae certa mercede inter homines haud sunt definite. BRISSONIUS de Verb. signif. voce salariū. FRANCISCVS STYPMAN.

Quoniam in vīs de salar. cleric. c. II. n. 1. Inde in primario significatur, significatu hic suu quo hic utimur, SALARIVM est annua erogatio praestatioque, quae alicui in compensationem officii non mercenarii praefiti vel praestandi, constituitur.

Distinguitur §. IV. Inde (1) distinguitur a pensionibus annuis, quae (1) a pensionibus annuis ex gratia alicui constituantur, se tuendi exhibendique ex gratia, ob merita quaedam singularia, vel aliam cauillam, quae ex gratia constitutū solet, tum priuatim constitui possunt, ut antea de legato salario dictum est. Non infrequens est, pensiones annuas constitui eruditis a magnatibus, foliis eruditioñis, qua incaruerunt, gratia, quod Regi Gallie, sceptris adhuc tenenti, a plurimis annis in more positum fuisse, annales memorant. Pontifices etiam non raro liberalitatem hoc modo exercuisse erga eruditos, notat AVGUSTINVS BARBOSA lib. III. de inv. eccl. c. II. n. 54. in fin. & quis principum

cipum liberalitatem erga eruditos recenseret; quae principi honesta et proficia semper vila fuit? Vid. BARCLAIUS in Argen, lib. I. GEORG. MORHOF de otio Sapient. dando. Huiusmodi pensiones etiam episcopis emeritis, infirmis et quandoque etiam depositis ad vitae tempus concessae sunt, ut exemplis ex antiquitate petitis illustrat ESPEN in pensionibus, et maxime hodie iis visitata est, qui renunciant beneficio ecclesiastico, referuta sibi quadam pensione ad vitae tempus ex redditibus ecclesiasticis, quam praxi plenus illustrat BARBOSA de praxi exigendi pensionis multis vero adductis rationibus perstringit ESPEN cit. l. c. 2. seqq. Imo etiam laicis olim iniuria belliarum inopiam redit, vel caede hostili cum aduersa valetudine conflictantibus pensiones, intercessione Caesarum, sunt solutae et ad vitae tempus promissae, teste THOMO MASSINO de veter. et nov. eccles. discipl. p. III, lib. 2. c. 29. seqq.

§. V. Quinetiam a mercede (II) salario separanda sunt. Distinguuntur Equidem non raro merces tam generaliter accipitur, ut et (II) a mercede honoraria et salario comprehendant denotetque, l. i. pri. de simensi, fals. mod. l. 19. §. 1. de donat. l. 1. pr. de extraord. cognit. cum etiam compensationem laboris operarumque inuolutat communiter tamen ita a salario distinguitur, quod merces non tantum solvatur pro praestita opera, sed etiam pro vnu rerum praediorumque l. 9. §. 4. l. 58. locati, salarium tantum pro operar, quod merces proprie solvatur pro opera vulgari, locari solita, quæque inter homines certam determinatamque aestimationem accepit, quales sunt opera mechanicorum; salario autem ob liberales artes, officiaque publica tam ecclesiastica quam profana. GOTHOFREDVS de salario c. 1. §. 6. Inde etiam inter operam et mercedem vulgo proportio desideratur, adeo ut ea deficiente, ob lactionem ultra dimidium ad rescindendum contractum agi queat, CAROCIVS de locat. conduct. P. I. qu. 70. n. 45. id quod ad salarium applicari nequit, quod quidem in compensati-

4. CAP. I. DE EO, QVOD IVSTVM EST CIRCA SALARIVM

sationem officii publici et operarum, quae magis ingenio et eruditione, quam corporis labore peraguntur, datur constituiturque, sed certam perpetuamque determinationem non habet, adeoque nunc augetur, nunc minuitur, prout personarum peculiaris industria, qualitas, et aliae circumstantiae id suadent. *Multo maiora esse opera animi quam corporis,* ait CICERO lib. II. de officiis et paulo post additae res, quas persequimur ingenio et ratione, gratiores sunt, quam illuc, quas viribus; adeoque quamvis hae certam actimationem communem habeant, illae tamen pretium communne non recipiunt, sed prout salarium contentione determinatum est, ita debetur. Atque haec quidem pro erendum conceptu salarii sufficiant.

In quoniam §. VI. Consistit salarii ratio in perceptione commodorum et emolumentorum, in compensationem muneris promissorum. Quia in re haec compendia consistant, arbitriatum est. Neque enim tantum in pecunia numerata sed etiam in iis, quae usui potuique sunt, in amictu, habitatione, pensionibus, decimis, vfructu praediorum, immovariis sportulis, accidentalibus, ut loquuntur, consistunt, cum haec omnia ad vitae hominis sustentationem comparata sint, eique inseruant. STYPMAN. de salar. cleric. c. II. Olim etiam stipendia militum in pecunia, frumento vestituque consistebant. Et cum apud Germanos, militiae maxime addictos, pecuniae numeratae usus rarioer parciorque esset, his, qui militiae operam dabant, redditus certi ex praediis in vicem salarii assignati sunt, titulo *beneficii*, vnde infra feudorum nata sunt. Et quis necit, clericorum beneficia ecclesiastica maximam partem constituta esse in variis pensionibus, decimis, agrorum prouentibus, habitatione, et iuribus stola? quae omnia cum rationem emolumenti habent, etiam salarii constitutioni inseruant. Huc refero etiam varias immunitates ab oneribus publicis, quae non leue emolumentum praebent.

§. VII

S. VII. Aequitas, salariorum manifesta est. *Institutum* namque est, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium, ait Pontifex in r. 45. C. 12. qu. 2. infin. Neque excipiendos verbi diuinij ministros censeo, quasi hi stipendiis suis militare et gratis inseruire teneantur, quin potius principem de salario eorum augendo sollicitum esse debere, multis et eruditissimis argumentis euineat ill. Dr. THOMASIVS de cura principis in augendo salar. ministrorum eccles. Exemplum ipsius Dei in promptu est, qui stipendia perpetua lege sacerdotibus et Leuitis constituit. Nec diuersam in novo testamento esse rationem, pluribus argumentis euineat PAVLVS i. Tim. V. 18. 1. Cor. IX. quamuis se sponte ab his stipendiis, ab ecclesia iuste exigendis, abstinuisse, et labore manuum se victum quaequivise, fateatur. Noui quidem rigidiiores quosdam patres censuistis, clericos bona propria possidentes, stipendia ab ecclesia petere non posse. Ita censuit HIERONYMVS relatus in c. 6. C. 1. q. 2. et clericos, ait, illos conuenit ecclesiae stipendiis sustentari, quibus parentum et propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem bonis parentum et aliis suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiant facilegiam profecto committunt, et per abusum talium iudicium sibi manducant et bibunt. Plura alia hujus farinae passim occurunt in scriptis patrum. Verum si non auctoritate sed pondere suo aestimantur, non euineant, clericos, etiam, qui bona propria habent, stipendiis suis militare debere. Censuere patres, bona ecclesiastica esse in usus pauperum primario destinata, unde passim patrimonium pauperum dicuntur, ut IOHANNES LAVNOIVS de cura ecclesiae promiseris et pauperibus, et LUDOVICVS THOMASSINV de vet. et nov. eccl. discipl. p. III. l. 3. c. 26. fgg. ostendunt. Inde collegunt, id quod in usus pauperum imponendum est, non aliis deberi clericis, quam qui pauperes sunt: et quidem magis sub titulo eleemosynae quam salaryi; verum inde sala-

Aequitas salariorum demonstratur generatim. Speciatim ministris verbi diuinire recte illa constitu tam veteri, quam nouo testamento.

Contra rigidiiores quosdam patres ecclesiae.

Quorum sententia examinatur ubi usque declaratur.

CAP. I. DE RO, QVOD IVSTVM EST CIRCA SALARIUM

salarium clericis non esse soluendum, minime colligi potest.  
Tantum patres censuere, de bonis ecclesiasticis stipendia di-  
tioribus non deberi, quippe qui elemosynam petere non  
possint, salaryum autem absolute iis non deberi, nullibi pro-  
fessi sunt. In concilio Agathensi C. 36. generatim ita cau-  
cum est: Clerici omnes, qui ecclesiae fideliter, vigilanter  
que discernunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum  
seruitii sui meritum per ordinatorem canonum a sacerdoti-  
bus consequuntur. c. 10. C. 1. qn. 2. Breviter, stipendia iis haud  
denegarunt, sed de bonis ecclesiasticis, pauperum gratia olim  
vnice collaris, illa haud esse soluenda censuere, cum aliis  
de solui queant. Sunt enim hi, quibus inseruunt, omni-  
no ad hoc adstricti, cum qui altari inseruunt, de altari quo-  
que vivere debeant. Postquam vero bona ecclesiastica post-  
ea generatim sunt constituta, ut inde onera ecclesiae feran-  
tur, clericis ex aerario ecclesiastico stipendia indistincte de-  
bentur, et parochiani tantum in subsidium tenentur. Vid.  
GERHARDVS apud DEDEKENNVM p. 1. vol. 1. m. 4. sect. 2.  
m. 1. pag. 971. Huc collineat optime ordinat eccles. Saxon.  
art. general. 24. und sollen keine gemeine Entschuldigungen an-  
genommen werden / da sie furgeben / als sey der Pfarrer sonst  
reich genug / dergestalt sie allezeit sich ausreden / und den Psar-  
rer seinen / Soli vorenthalten moechten. Conf. SCHILTER.  
inst. iur. Can. lib. II. Tit. 8. §. 6. STYPMANN. de salar. cle-  
ri vor. c. 1. GOTHOFRED. de salar. c. 1. §. II. Evidem non  
nego, clericos postmodum omnes fere redditus ad se traxis-  
se, et ex immodicis stipendiis corruptos depravatosque fu-  
isse, sed id vnice abusui adscribendum, nec rei aequitatiin  
se praeiudicat. Ait ARNOLDVS abbas Lubecensis lib. III.  
chron. c. 9. crevit possessio et euaniuit religio, siquidem extem-  
poralium abundantia, dum ceperunt carnaliter vivere, ce-  
perunt etiam carnaliter sapere, resfixit caritas, subintrau-  
nit mundanitas. Grauisimis hoc cacoethes verbis descri-  
bit FRANCISCVS DVARENVS lib. II. de SS. eccl. mini-  
ster.

*Ster. c. 4.* quod etiam ostendit ANTONIUS MATTHAEL  
*lib. II. de nobilit. c. 45. p. 705. seqq.* Sed vitium non ipsis *stipe-*  
*nidis,* sed *immodicæ eorum erogationi* inhaeret, quod quod omnino est praecauendum.

**S. VIII.** Quum salarium solvatur ob seruitum vel ministeriū publicū vel priuatū, naturale quoque est, ut tunc solvatur, quando seruitum praefitū est. Neque enim antea exigipotest, quod demum ob causam soluendum, neque vlla compensationis ratio adest, vbi seruitum nullum praefitū. Ante omnia tamen ratio tum seruitiorum, tum commodorum, quae salarii nomine promissa sunt, int̄picienda est. Si ministerium, operam continuatam et per totum vitæ tempus vel plures annos duraturam postulat, annuatim constitui solent salary, cum alioquin salariarius ante mortem suam, qui ministerium desinit, petere stipendium haud posset, quod ipsi non tantum graue, sed etiam prorsus inutile futurum esset. Hunc in finem salary annūm constituitur, h. e. pro ministerio et officio, singulis annis praefando, et ita non ab initio anni debetur, sed demum cum ministerium per annum praefitū est. Ratio enim recta dicitur, id quod ob causam futuram promissum est, et quidem in eius compensationem, non antea exigi posse, quam causa praefita; et ita quod pro ministerio et seruitio annuo promissum, anno demum finito de iure stricto debetur. Tunc enim compensatio petipotest, quoties id praefitū, quod compensationem meretur. Ut ob futuri ministerii compensationem aliquid solvatur, vincē ex conventione dependet, qua cessante, nemo iure suo representationem salary anni petere potest. Quia vero antea monui, commoda, salary nomine soluenda, variū generis esse, inde ad naturam horum respiciendum quoque est. Quaedam enim (1) quotidianam praestant vilitudinem, veluti *habitatio*, et horum commoda quotidie et singulis momentis percipiuntur: quaedam (2) ex natura sua, vel antiqua quadam dispositione certo tempore tantum debentur,

B

tur,

mos hōp  
utique er

Salarium re-  
gulariter non  
debetur ante  
praefitū  
seruitum.

Habenda ta-  
men simul ra-  
tio commo-  
dorum.

annū macheas  
us munibz  
102

Annuā salary  
non deben-  
tur ab initio  
anni.

ministrū  
Quaedam e-  
molumenta  
percipiuntur  
singulis mo-  
mentis.

10 CAP. I. DE EO, QVOD IVSTVM EST CIRCA SALARIVM

quadeam cer-tur, quae antequam dies eorum venerit, peti nequeunt, nec in eo tempore, his ad finem anni, sed ad diem, quo praestatio deberi incipit, respiciendum est, ex natura commodi ipsius. Huc pertinet fructus praediorum rusticorum, qui certo anni tempore percipiuntur, et sic salariario eo tempore debentur, si praedia ei in vicem salarii data sunt. Similiter decimae ante-a exigi nequeunt, quam fructibus a solo separatis. Praeterea pensiones antiqua quadam ex dispositione ad certos dies restringuntur, vt v. c. die Martini, trium Regum vel purificationis Mariae debeantur, quae itidem statim peti possunt, quando dies aduenit: ideo enim pensionibus soluendis dies certus dictus est, vt eo tempore salario praestentur. Qua-

dam denique (3) in pecunia numerata, quotannis soluenda, consistunt, nec conuentum, vt per partes seu successione soluantur, quo casu tantum in fine anni debetur. Nulla enim ratio suadet, vt quod pro annuo ministerio promissum est, antea, quam perfecto labore, exigi queat. Ideo enim annum salaryum praefinitur, vt pro annuo ministerio soluantur. Quodsi itaque in singulos menses determinatum est, finito menstruo seruitio, recte petitur: si in singulos anni quadrantes, etiam singulis quadrantibus debetur. Interim in annuis salaryis, quae divisionem recipiunt, vt plurimum contingere solet, vt singulis anni quadrantibus soluantur, tum quod salaryis, le tuendi exhibendique gratia, plerumque simul solui soleant, et sic tacite id actum esse videatur, vt successione et per partes salaryum annum praestetur, quo onera quotidiana inde sustentari queant; tum etiam, quod obseruantia communis id nitatur, cui in dubio se contrahentes submisile credere par est.

Interim salaryum annorum dies creditur pro rata.

§. XIX. Quamvis vero, prout dictum, salaryum annum stricto iure, nisi aliud actum sit, demum debeatur in fine anni, quo demum ministerium seu seruitium annum exhibitum est, hoc tamen tantum intelligendum est, de tempore, quo salaryum iure perfecto peti potest. Aliud enim

nim est, quando dies salarii cedat, et aliud, quando veniat, seu exigi possit. Recte censet Ictus in l. 10. pr. de ann. legat. tam laborem, quam pecuniam divisionem recipere, et ita quatenus ministerium, pro quo annum salarium promisum, praefitum est, eatenus ius in salarium successive consequitur salariarius, quamvis, die veniente, id demum exigere queat. Et hoc non tantum iuris est in ministeriis quotidiani, seu quae quotidie sua natura praestantur, sed etiam quae licet non quotidie praestentur, possunt tamen, si exiguntur, quotidie praestari, veluti si aduocatis et medicis annua salaria praestantur. Hoc enim rursus auctum censetur, ut siue quotidie ministerium praestiterint, siue tantum certis anni interquallis, ut tamen dies salarii pro rata annice dat, cum sufficiat, quod per eos non steterit, quo minus operas suas praestarent. l. 19. §. 9. l. 38. D. Locati.

S. X. Inde ratio deseruiti anni seu promeriti salarii dependet, de quo nunc specialius agendum. Dicitur enim salarium promeritum, quatenus dies eius cesit, et salariario, pro rata anni et ministerii praestiti anni, ius perfectum in salarium quaeſitum est, quoconque demum tempore exigi queat. Quamvis enim, finito anno, in commoda integra demum ei ius perfectum quaeſitum sit, hoc tamen, cum labor annus divisionem recipiat, non impedit, quo minus pro rata seruitorum annuorum praefitorum salario ius in commoda ipſi promissa acquiratur, cuius tunc potissimum ratio habetur, si intra annum salariarius decedit, vel ministerium deponit, vel ei resignare iubetur. Hoc causa enim potissimum in quaefitionem venit, quantum ex commodis ultimi anni ei vel eius heredibus debeatur? Tantum scilicet, in quantum ius quaeſitum habet in commoda, salarii nomine, praefinita, id quod ex anni ratione, quo ministerium exhibuit vel exhibere paratus fuit, aestimandum est. Vocari alias etiam solet *annus deseruitus*, Quod etiam non, quod, in totius anni salarium ius quaeſitum habeat, si vocatur *annus deseruitus*, de intra

12<sup>o</sup> CAP. I. DE EO, QVOD IVSTVM EST CIRCA SALARIVM.

quo agitur intra anni spatium moritur, sed quod pro ratione anni, quo specialius, deseruit, seu seruitia praefitit, commoda ipse vel heres eius consequatur, sicut annum gratiae dicere solamus, quod commoda annua non in totum, sed pro parte, ut plurimum dimidia, debeantur. Antiquis enim hic terminus usitatus et imprimis illis applicatus fuit, qui seruitia pro certo salario vel anno commode praefstant. AUBERTVS MIRAE-  
VS lib. I. donat. Belgic. c. 127. diploma de anno 1303. sicut, quo haec inter alia occurunt: Si contingat vicarium esse presbyterum, loco presbyteri Canonici absens, iste presbyter vicarius habebit XV. libras Turonenses de praebenda presbyteri canonici absens, PRO ANNO, 2VO DE SER-  
VIERIT pro absente, h.e. quatenus pro absente ministeria sacra praefitit. In iure feudali quoque itidem hic usus loquendi occurrit, vt constat ex 1. Feud. 21. vbi dicitur: Vel si dominis suis DESERVIRE noluerint, tunc condi-  
ctio causa data proponitur ad repetendum feendum, ex quo non seruit domino, cum feendum instar salarii vasallo de-  
beatur pro seruitus.

Differentia

Etiam et commoda ultimi anni respicit, quatenus dies cessit, ab anno gra-  
tiae. seu defunctus seruitia praefitit, ita annus gratiae fructus,

annum deseruitum finitum insequentes, concernit, et longe diuerso nititur fundamento. Illius finis huic initium praef-  
bet: Ille ex ratione naturali cognosci et circumscribi potest, non hic, qui iuris mere positivi, arbitrii, non uni-  
uersalis est: ille hereditibus quibuscumque debetur, ob ius  
defuncto in commoda ultimi anni pro rata competens, sed  
hic non alius quam quibus singulariter concessum est. Hic  
mera gratia, ille iure perfecto nititur. Addunt nonnulli,  
putantque, annum deseruitum inde dictum fuisse, quod ultimi  
anni, quo defunctus diem obiit supremum, fructus integros  
contineat, ut annus gratiae demum ad annum insequen-  
tem referri debent. STUPMAN. de salar. cleric. c. XI. n. 17.

ER-

ERNEST. COTHMAN. resp. 46. n. 1. Verum qui ita sentiunt, tantum de *iuris civilis* dispositione, a qua hoc capite abstrahendum esse iudico, loquuntur, quod utique potuit plus indulgere heredibus, quam alias ex *ratione naturali* pertere potuissent. Vnde etiam S T Y P M A N N. cit. l. n. 27 seqq.

fere tantum ad rationes ciuiles prouocat, quamvis non ita comparatas, vt iis tuto fidere queas. Quicquid sit, de *ratione naturali* tantum in capite praesenti dispuo, an vero de *iure ciuili* heredes omnes et singuli, an vero quorundam officialium tantum, plus consequi possint; capite sequenti enucleabo. Sane ex recta ratione nullum argumentum concludens deduci potest, quo heredibus defuncti officialis ius in vniuersos fructus et integrum anni ultimi salarium attribuere queamus, si intra anni spatium decedit salariarius, quem salarium annum officialibus asignetur non simpliciter, sed pro ministerio anno, quod vel quotidie exhibueret, vel exhibere debuissent, si ad hoc euocati fuissent. Nam etiam hoc *quotidianum* dicitur, quod quotidie praefandum esset, si is, cuius interest, id exegisset. l. 1. §. 2 de aq. *quorid. et aeff.* Imo idem dicendum esse reor, si officia et ministeria non sint *quosidiana*, sed per certa temporum interualla cuiusque anni praefanda: nam nihilominus intuitu illius *ministerii anni* praefantur, adeoque pro modo officii praefiti tantum debentur. Neque enim amplius *compensatio* peti potest, si causa, propter quam haec debetur, desit. Neque obstat, quod euentus mortalitatis nemini imputari queat; neque enim ita defuncto imputatur in poemam, sed cum salarium ipsi tantum usque ad vitae tempus concessum est, et quidem intuitu officii, quod praefituit, ratio recta docet, tantum deberi salarium, usque dum vixit, non vero etiam post mortem, qua deueniente fundamentum omne salarii debiti statim cessat; cessante enim causa, cessat effectus.

B. 3. 3. 1. XII.

¶ CAP. I. DE EO, QVOD IUSTVM EST CIRCA SALARIVM

Anni gratiae  
peculiaris ra-  
tio euoluitur.

In capitulis  
debetur omni-  
bus heredibus.

cum etiam ca-  
nonici primis  
annis carere  
deboant.

quod a iure  
canonico non  
abhorret.

§. XII. Diuersa prorsus est ratio anni gratiae, quod vel ipsa denominatio indicat, ostenditque, ex mera gratia euoluitur. non debito institue, quod in anno deseruato adest, eum heredibus deberi. Neque tamen vna eademque eius est ratio, sed potius ad primordia eius recurrentum, indeque, quibus et quatenus debeatur, diiudicandum. In capitulis annus gratiae potissimum ideo introductus est, vt decedentis canonici creditoribus inde satisfiat, si forsitan graui aere alieno obrutus decedat, adeo que quibuscumque heredibus plerumque debetur, qui soluere defuncti debita tenentur. Apud A V E R T V M M I R A E V M in cod. piarum donat. c. 48. occurrit diploma de anno 1047. quo comes Brabatensis fundat collegium Canonicorum in vrbe Bruxellensi, et inter alia haec addit: ad hoc etiam concessi illis, ut unusquisque fratrurn ipsorum post vitae sua spatium per annum integrum praebendam suam cuicunque sibi placuerit, relinquit. Ut plurimum itaque determinatio annorum gratiae debetur fundationi beneficiorum, cui variae leges datae, et inde plura noua iura orta sunt. Accesserunt etiam statuta capitolorum, et pacta canoniconorum, quibus multa itidem innovata. Nec hoc iuri canonico refragari plenijs docent N I C O L A Y S G A R C Y A S P. XI. de benefic. c. XI. n. 138. et P E T R V S L E V RENIVS in foro benefic. p. III. qu. 103. vbi prouocant ad decisionem rotae huius tenoris: Domini censuerunt, quantum ad fructus primi anni post obitum beneficiati, eos deberi eius heredibus, praesupposita consuetudine, quod beneficiati primo anno non percipiunt fructus beneficiorum, sed eorum solutio differatur post eorum obitum, quam consuetudinem informantes, pro heredibus dicunt esse notoriam, et si opus fuerit, se comprobatur, quae ideo videtur introductory, ve prouideri possit de his, quae ad sepulturam sunt necessaria, quam plerumque ob inopiam defuncti negligunt cum magno ordinis ecclasiastici dedecore. Addit in sequentibus, eatenus consuetudinem iure canonico improbari, quo fructus applicantur mensae episcopi vel capitulari, secus vero, pergit, vbi

ubi fructus reseruantur heredibus ex causa non solutionis  
fructuum primi anni, quae consuetudo nullam habet iuris resi-  
stantiam, imo potius assumentiam, ex supra deductis, cum  
sit potius dilatio solutionis, quam dispositio fructuum ad ali-  
um spectantium. Illustrari hoc commode potest ex respon-  
so Facult. i. l. Jurid. huius loci. Hat ein gewisser in coeliba-  
tu lebender Cavalier vor einigen Jahren in einem bekannten der  
Euangelischen Religion zugethauen hohen Stifte eine praeben-  
de titulo onerofo acquirret / und da er das verwickelne Jahr/  
8. Wochen daselbst residiret / seine gnädigste Herrschaft ihn  
zurück gefordert/ anbey verschaffet/dass das capitulum wegen der  
zurückständigen 9. Wochen / da er noch residiren müssen/ mit  
ihm dispensiret / und ihn pro forma eine Commission erthei-  
let / laut Beylage sub B. C. D. Ist aber derselbe auf der Hin-  
reise in einer gewissen Stadt gestorben / und dessen Brüdern/  
welche sich als heredes ab intestato wegen der prouentuum an-  
ni gratiae bey dem Capitulo melden / von denselben disput ge-  
macht/ und solche ihnen ganz denegirret worden / daher/ was  
hierin Rechtnes/ gefraget wird. Ob nun wohl das capitulum  
vor sich anführt/ dass in anno 1671. von denen damahligen  
Herrn Capitularien ein gewisser recels gemacht/ vermöge des-  
sen/ wenn eis capitolaris , bevor er annum residentiae erfül-  
let/ und annum deferuitum zurückgeleget/ versterben würde/ als-  
denn dessen hinterbliebenen Witwen und Kindern prospiciret/ und  
ihnen annus gratiae as signiret/ expresse aber dabey ausbedungen  
worden/ dass solcher Vergleich auf co' lateralische und auswär-  
tige testaments. Erben nicht zu extendiren/ welchen Vergleich  
auch der Verstorbene unterschrieben/ und dadurch seinen collate-  
ralibus praeiudiciret / welchen noch beztreten scheinet / dass  
bey den Protestirenden fast durchgehends der annus gratiae auf  
Witwen und Kinder restringiret / hergegen collaterales und  
extranei heredes davon ausgeschlossen werden.

CARPZ. lib. I. Jurispr. consift. D. 217. seqq.

RAVCHBAR. p. 1. qu. 25. n. 14.

Illustratio  
haec doctrinae  
responde

FINE

FINCKELTHAVS. de Jure patron. C. 6. n. 3.

B. STRYK. de anno gratiae C. 3.

Dahero ob wol in denen statutis capicularibus der Erben generaliter Meldung geschehen/ doch solches pro substantia materia dergestalt zu interpretiren/ daß solche verstanden werden müssen/ welche des anni gracie fähig seyn können. Dieweil aber dennoch der annus gracie bloß ex priuilegio dependet/ und dabey keine universal-Regeldurchgehends gemacht werden kan/ absonderlich aber/ daß derselbe auch denen collateralibus mit zu gute kommen/ bey vielen capitulis eingeführet ist/ zumahl schon lange vor der reformation und im 12ten leculo der annus gracie in einigen capitulis bekant gewesen/

WEHNER. in observ. voce Gnaden Jahr.

und zu der Zeit derselben Witwen und Kindern nicht einst zu kommen mögen/ sondern solcher annus gracie vornemlich anfänglich dazu eingeführet worden/ daß des defuncti capitularis Schulden davon desto besser abgetragen würden.

SCHATEN. in annalibus Paderborn. ad ann. 1293. p. 177.

et ann. 1295. p. 180.

WEHNER. in obseru. cit. I.

Und da nur solche obligation bey denen protestirenden Stiftes Personen heute zu Tage denen Erben überhaupt oblieget/ es also auch billig ist/ daß der annus gracie denen collateralibus so wohl als Kindern zu gute kommen müsse/ da paritas rationis in beiden Fällen zu finden/ und so wol die Kinder als collaterales des defuncti Schulden bezahlen müssen/ dahero auch von dieser praxi capitulorum selbsten die Pontificii behaupten/ quod annus gracie cedat domui mortuariae

ESPEN. in iur. eccles. p. 2. tit. 23. c. 8. §. 9.  
et quod valeat confuetudo, ut primi anni fructus post obitum defuncti canonici cedant eius heredibus.

c. 2. in extra: Ioh. XXII. de elect.

BARBOZA ad cit. text. n. 2.

in welcher Erwegung dana/ was bey den Pfarrern in den prote-

testirenden Kirchen eingeführet worden / zu keiner consequens  
gezogen und auf hohe Stifter appliciret werden mag / abson-  
derlich da bey diesen die carentz-Jahre eingeführet sind / vi cu-  
ius canonici noui primi anni redditibus carere compelluntur,  
et loco huius heredibus eorum anni unius post mortem re-  
ditus relinquuntur,

cit. c. 2.

W A M E S . cons. iur. Pontif. 234. n. 8.

B. S T R Y K . de anno gratiae c. 3. inf.

welche ratio bey den Pfarrern und andern geistlichen Aemtern  
cessiret / und dahero der annus gratiae billig bey denselben re-  
stringiret werden müsse / wie denn auch der verstorbene von  
Abel in der sub lit. A. bestdilichen Beylage sich zu den carentz-  
Jahren verpflichtet gemacht / dahero aus den 120 angeführten  
Gründen deutlich erheslet / daß die verba statuti capitularis  
so der Erben indefinite gedenken / billig auch von denen col-  
lateralibus zu verfcheiden sind / zumahl daselbst folgender Gestalt  
disponiret wird c. 9. §. 7.

Decani et cuiusvis canonici capitularis defuncti heredibus  
prouentus decanales vel canonicales, quos defunctus  
habuit ultra annum deseruitum, per integrum adhuc  
annum, qui gratiae vocatur, debentur.  
und mag hieler / was in recessu de anno 1671. beliebet wor-  
den / nicht gezogen werden / als welcher recess das angeführte  
statutum capitulo're nicht aufhebet und restringiret / son-  
dern in faveur der Witwen und Kinder dasselbe vergestalt ex-  
tendiret / daß/wenn der verstorbene capitularis den annum re-  
sidentiae tempore mortis völlig deseruiret / alsdenn dessen  
Kinder und Witwe ultra annum deseruitum 2. annos gratiae,  
in Fall aber derselbe ante tempus residentiae completum ver-  
sterben sollte / alsdenn die Witwe und Kinder nur den annum  
deseruitum pro rata nebst den revenuent des anni gratiae ge-  
niesen sollte / von welcher neuen disposition des duplicitis anni  
gratiae allein die collaterales ausgeschlossen sind / auch solcher  
recess,

C

recess, als welcher contra statutum capitulare ist / billig restringiret werden muß / ne nimium ab eo recedat.

So erhellet hheraus allenenthalben so viel / daß des verstorbenen capitularis Brüderin der annus capitularis billig zu gute kommen müsse. B. N. W.

*Annus gratiae quandoque debetur tantum viduae et liberis defuncti,*

§. XIII. Quandoque etiam debetur *annus gratiae*, etiam si defunctus primi anni redditus percepit, ex singulari priuilegio certis personis indulto, ex ratione miserationis, quia legislator motus, erga *viduam liberosque defuncti*. Atque hic ipse *annus gratiae* est, qui in ecclesiis protestantibus debetur, non quibuscumque heredibus, sed tantum viduae libertisque, cum in reliquis heredibus cessa ratio praedicti priuilegii. STYPMAN. de salario cleric. c. XI. n. 61. seqq. B. STRYKIVS de anno gratiae c. 3. Non raro enim contingere solet, ut pastorum viduae liberique parum vel nihil lucentur ex hereditate paterna, redditibus ecclesiarum protestantium admodum diminutis, inde legislatores iis prospiciendum esse censuere, ut post mortem patris maritique adhuc redditus parochiales vel ad integrum annum vel ad semestrum spatium percipient, in solatium moeroris, quo affliti, et indigentiae, cum qua ut plurimum iis collectandum est. Non tamen iure hereditario hoc lucrum acquirunt, sed iure plane singulari, adeoque etiam tunc liberis debetur, si renunciaverint hereditati paternae, et viduae, si dote in repetit, repudiata portione hereditaria, qua de materia fusi agunt. B. STRYKIVS cit. l. CARPZ. lib. I. iurispr. const. def. 183. seqq. FINCKELTHAVS de iure Patronat. c. VI. n. 93. seqq. SCHILTER. inst. iur. canon. lib. I. c. 18. §. 17. seqq. BRUNNEMAN. de iure eccles. lib. II. c. 5. §. 12. et c. 13. §. 2. seqq. STYPMAN. de salario cleric. c. XI. n. 36. seqq. Dn. LYNCER. resp. 42. RAVCHBAR. p. I. qu. 25.

Terminus ad quem anni de- §. XIV. Quae cum ita sint, evidens est, ante omnia erendum esse terminum ad quem anni deseruit, ut de ter- mino

MV PROMERITVM EX PRINCIPIS RECTAE RATIONIS.

mino a quo anni gratiae constare queat. Naturalis termi- feruntur ad des-  
nus ad quem anni deseruit est depositio officii, sive mor- posito officii.  
tē, sive alia ratione illud expiret, quia eousque dies sa-  
larii, quod diuisionem recipit, cessit. Quod si itaque sa-  
larium consistit in pecunia numerata, aliisque rebus fungi- chom  
bilibus, veluti praestatione frumenti, pro rata anni vltimi  
debentur haec emolumenta. Anni autem initium compu- annū initium  
tandum ab eo tempore, quo officium suscepit, non quo ad compunctionem  
officium vocatus est, quia *vocatio* tantum *titulum officii* dum a die sa-  
legitime suscepti denotat, ipsa autem officii suscepit instar  
est *traditionis*, qua possessionem vel quasi officii demanda-  
ti, pro quo salarium soluitur, impetrat. Sicuti itaque  
annus duodecim mensibus absoluitur, ita nihil magis na-  
turale est, quam ut salarium in duodecim partes distribua-  
tur, et quot mensibus vltimi anni officium gessit, tot et-  
iam partes salaria accipiat. Vtpote si quis circa initium et sic pro rata  
mensis Augusti officium suscepit, et d. 27. Februarij dece anni vltimi  
dit, septem partes salaria, in duodecim partes diuisi, iure debetur salari-  
um. suo petunt heredes; vel si solutio eius in singulos anni qua-  
drantes est diuisa, pro rata illius quadrantis promeritum sa-  
larium praestandum est. Interim, quod aquitas suadet, non  
adeo subtiliter inquirendum esse iudicio, utrum in fine  
an medio mensis deceaserit salariarius, cum officiorum non  
sit una eademque ratio, et contingere queat, ut labore mi-  
stius anni vel quadrantis quoad maximam partem absolu-  
rit, et diuisio quedam arithmeticā non adeo commode  
hic institui queat, quod etiam olim censuere ICti in diui-  
sione fructuum praedii dotalis vltimi anni, diuidendorum in-  
ter heredes mariti et vxorem, in l. 7. D. solut. matrim. Imo quod declarat  
si ante mortem labor integer istius quadrantis iam esset praes-  
sus, sine dubio quoque integrum salarium istius quadranti-  
tis praestandum foret. Sunt quedam iudicia, quae tantum  
sub initium cuiuscunque anni quadrantis ad quatuor hebdo-  
madas aperiuntur, postmodum clausa sunt; si itaque asses-  
ores

lub. No. 1121  
litteris oculisq.

tores huius iudicij operam suam istius quadrantis praestite-  
re, integrum quoque salarium istius quadrantis heredibus  
debetur, si vel maxime statim, postquam dies iuridici exi-  
erunt, deceperint; et adhuc duo menses istius quadrantis  
super sint.

Quomodo  
fructus ultimi  
anni dividan-  
tur, qui certo  
anno tempore  
percipiuntur.

§. XV. Maior difficultas emergit in divisione fructu-  
um ultimi anni, qui denum certo anno tempore percipi-  
untur, ut contingit in *beneficiis ecclesiasticis*, quorum redi-  
tus vt plurimum in decimis, pensionibus, vel fructibus na-  
turalibus consistunt. Hoc expeditum est, in his non esse  
respiciendum ad messem, vtrum ante an post illam salari-  
arius deceperit? cum reditus hi non debeantur *absolute*,  
sed *intuitu ministerii*, quod salariarius praestitit, quo casu  
pro rata eius divisio instituenda, vt optime docet Dn. Coc-  
civs diss. de iure semin. secr. III. §. 24. sq. quod etiam Icti  
Romani, duetu naturalis rationis statuendum esse censuer-  
e in reditibus ultimi anni *praedie dotalis*; cum maritus in ma-  
trimonio fructus percipiat pro onere matrimonii, L. 7.D. so-  
lut. matrim. Proinde, meo quidem iudicio, (omissis ac-  
cidentalibus seu sportulis, quippe quae pro singulis mini-  
steriis debentur, et sic praefito ministerio statim percipi-  
untur) reditus hi, certo tempore percipiendi, per viuen-  
tum anni spatium coaceruandi et computandi, sive ante,  
sive post mortem salariarii dies eorum venerit, et coacerua-  
tione hac facta, statuendum, quantum heredibus defuncti  
vel ex futura vel ex iam facta messe debeatur. Cum enim  
hi fructus in vicem salarii cedant, eadem quoque ratio in  
his habenda, quae est salarii in pecunia numerata consisten-  
tis, habita impenfarum in messem factarum ratione.

Dubia circa  
computatio-  
nem anni,  
quando fru-  
ctus ex praec-  
diis rusticis  
debentur,

§. XVI. Forsitan tamen dubitari posset, quodnam an  
no hoc in casu dandum sit initium, an ex quo officium sus-  
cepit, an vero illud, quod natura praediis fertilibus praec-  
stuisse videatur, qualis videretur esse terminus Michaelis? An-  
diis rusticis nus enim quoad *praedia rustica* fertilia aliter vulgo compu-  
tari

contraria ruentur sententiam, reici solet. Fatentur enim, l. 4. de offic.  
textum esse ambiguas lectionis, adeoque nullum certum assessor. de-  
argumentum concludens inde peti posse, prout recte monet sumum,

ALCIATVS ad cit. l. n. 43. De cetero a) agitur in eo de salario  
assessoribus praefando, defuncto legato, non de salario here-  
dibus legati praefando. b) Non asservatur in cit. l. 4. asses-  
soribus a defuncti legati heredibus salaryum soluendum esse,  
indeque inanis est conclusio, quam BOLOGNETVS inde-  
format; quin potius PAPINIANVS in l. 6. eod. tit. testatur,  
publico salario gauisos fuisse assessoribus, qui autor quoque  
est cit. l. 4. quod etiam obseruat BARNABAS BRISSONI-  
VS lib. 1. select. antiqu. c. 12. Denique c) si vel maxime legati  
heredibus integrum illius anni, quo defunctus est, debitum  
fuit olim salaryum, quod non adeo praefraete negabo, nul-  
lum tamen solidum inde potest deduci argumentum. Erant Legatis plura  
legati ministeri munieris provincialis a senatu more maiorum iura singularia  
delecti, vt ait CICERO in Vaticin. c. 15. quibus proconsu- competebant,  
les mandabant suam iurisdictionem. l. 4. §. 6. de offic. proc. non trahenda  
ad quosuis officiis Sicuti sciales.

Sicuti vero iplorum proconsulum, ita legatorum annum erat manus, quibus praeterea ob expensas plures in professionem faciendas quedam singularia indulta erant, ut quod de Xenii in l. 6. §. 3. eod. traditur. Observat id ipsum egregie FELTMANNVS ad cit. l. §. 8. et, bi annum, ait, gerebant magistratum, et in solo peregrino constituti, nec horitos nec arna propter exiguum tempus colebant, nec rem familiarem ibi hi habebant instructam, ut quae esui potuisse essent, sibi sufficerent, quin et saepe vix pretio redimere poterant. Inde optime monet, non quaevis, olim hilce magistratibus indulta, ad nostros magistratus applicari posse, utpote qui nec huiusmodi expensas in professionem facere coguntur, nec ad breue spatium temporis officia gerunt. Quod si itaque salario integra heredibus soluta sunt, id factum est in compensationem expensarum, quas facere debuere magistratus anni in peregrino solo versantes, in quo tam exiguo sumtu viuere non licet, vt quidem in patria. Sed hoc tantum obiter moneo, neque enim certo constat, salarym legatorum ad heredes eorum transmissum fuisse, cum nec scribae, qui itidem salarym habebant, salarym ad heredes transmitterent, prout supra ostendi.

In l. 3. C. de agent. in reb. contraria sententia occurrente adeo manifestum est, ut ipse contraf. sententia non probatur, sed protecta, id dissenserit hanc potuerit, sed postquam eos, qui priuilegio circa salarym annum, cum effectu transmittendi residuum adheredes, muniti sunt, recensuit, haec subiungit: cum alias REGVLARITER iure ciuili Romano mortuo salaryrio non transmittatur residui temporis, et pro hac sententia probanda ad l. 3. C. de agent. in reb. XII. prouocat, unde tamen dissentientes contrarium elicere satagunt. Reuera autem regulam a nobis propugnatam in cit. l. deprehendi ipse contextus ostendit, docetque laborum ducenarii fructum successores ab intestato vel ex testamento venientes et lucrum per-

percipere, et ita omnibus inter ceteros superstites potiri debere  
solariis, tanquam si viuis, qui hanc eadem diu speraverat, sibi  
met vindicasset. Non de residui temporis salario, sed de fructu  
lucroque laborum iam praefitorum hic diserte agitur, quod  
nullo modo de futuri temporis emolumento intelligi potest.  
Id tantum heredibus vindicatur, quod ipse ducenarius viuus  
sibi vindicare potuisset: at vero tantum pro praeterito non fu-  
turo labore sibi fructum vindicare potuit, adeoque inde cuius-  
dens est, tantum usque ad tempus mortis emolumenta, quae  
diu sperauerat, h. e. quorum dies cesserat, heredibus deberi.  
Nec obstant verba sequentia: *Qua de causa locum etiam  
eius successorum intuitu vacare conueniet*, ex quo BRVN-  
NEMAN. ad cit. tit. n. 6. concludit, quod locus eius *zandus*  
vacare debeat, quia heredibus residui temporis salariū de-  
betur; nam a) non additur, quod *interim* locus vacare de-  
beat, b) sed simpliciter demonstratur, locum vacare debere,  
ut successores eum occupare queant, hoc sensu, quod, quia  
defuncto uno ex ducenariis locus eius *statim* vacet, succe-  
sores quoque ius in locum vacanteū acquirant, et ipso iure  
adscendant. Id enim naturale est in omnibus collegiis, ut  
uno defuncto, locus eius vacet, et reliqui adscendant ac de-  
functi iura commodaque percipiāt. Si de vacatione *inter-  
rimistica* ex mente BRVNNEMANI Imperatori sermo su-  
isset, in prioribus verbis sane heredibus residui temporis emo-  
lumenta assignare debuisset, id quod tamen minime fecit. I-  
mo contrarium liquido appetat ex l. 1. C. eod. vbi Imp. ita:  
*Nullus de schola agentium* (remotior scilicet vel alterius gra-  
dus, ut recte addit GOTHOFREDVS ad l. 14. C. Theod. cit.  
tit.) *in ullius de cetero locum mortui conetur inuadere* (at-  
que ita ordinem militiae atque stipendia praeuertere) *sed*  
*is, qui ordine stipendiōrum et laborum, merito ad gradum mi-  
litiae sequebatur, NB. STATIM atque illum fata subdu-  
xerint, in eius praemia percipienda succedat, omni obie-  
ctione (vel potius obreptione) cessante.* Erroneum ergo  
est

est, interim vacare debere locum defuncti, ut heredes interea emolumenta loci vacantis percipere queant, sed potius *STATIM* lequeens in locum demortui succedebat, et qui nouiter in seholam assumebatur, ultimus ordine siebat. l. 7. *C. Theod. de agent. in reb. l. 2. C. de offic. magistri. offic. l. 7. C. de proxim. sacror. scrin. XII.*

*In l. i. C. de  
primipil. con-  
tineri priuile-  
gium ostendi-  
tur,*

§. XXX. Sed nec in quinto argumento, ex *l. i. C. de primipilo XII.* deducto, aliquod praesidium dissentientes habent. Duo in *cit. l.* cauentur: (1) *commoda primipilatus post administrationem incipere deberi*, h.e. post administrationem non *inchoatam*, sed *peractam*; *commoda enim soluuntur propter administrationem*, adeoque antequam haec *peracta* sit, nec *commoda* debentur, quod ipse *BRUNNE- MANNVS ad cit. tit. n. 7.* fatetur, et *commoda primipili*, ait, *seu salario primipili ei non debentur, nisi finito officio seu anno.* (2) *Si is, qui ea percipere debuit, prius rebus humanis eximatur, heredibus petitionem saluam esse.* His verbis confirmari sententia videtur, quam tuemur; verba enim illa: *qui ea percipere debuit, commodis, quorum dies, viuentे primipilo, iam cessit, applicari commode possunt, vt sensus sit; si primipilus prius rebus humanis exemitus sit, quam commoda, quae percipere debuit ob administrationem peractam ei soluta praefixaque sunt, heredibus eius petitiō salua est, cum, quod a defuncto iam acquisitum sit, ad heredes transmittatur.* Verba enim illa, *qui ea percipere debuit, ad sequentia referri debere admitto, nec tamen alius inde eruitur sensus, quam quem adstruxi.* Evidem *IACOBVS GOTHOFREDVS ad l. n. C. Theod. de domest. et protect. priuilegium seu exceptionem a regula hic occurrere, ait, sed non probat, et si vel maxime occurret, nec tamen haec sententia thesi nostrae officeret, cum exceptio firmiter regulam in casibus non exceptis.*

*Similiter pri-  
uilegium oc-  
currebit in l. ii. C.*

§. XXXI. Sextum fundamentum hic prorsus alienum est, quod ex *ipsa l. II. C. de proxim. sacror. scrin. inspectio-* *one*

one liquet. Constat ex l. 7. C. eod. cum, qui in numerum statutorum in sacris iuris militantium recipiebatur, proximo et melloproximo certam pecuniae summam olim offerre debuisse: hoc mortuo, is, qui ex substitutis ei surrogabatur, heredibus vel creditoribus proximi definitam hanc summam praestare debebat, sed additur notanter: *liberi autem, vel agnati seu cognati, non hereditatis, sed priuilegii nomine simili modo huiusmodi summam percipiant.* Si ergo speciali priuilegio heredibus hoc commodum debetur, ad regulam non pertinet. Evidem additur, quod etiam ad heredes succelforesque suos residui temporis proximatus folia transmittantur. Sed id ipsum non aliter rursus intelligendum, quam ex priuilegio, cum hoc ipsum ad declarationem prioris priuilegii adiiciatur, adeoque parem, cum priori dispositione naturam habere debeat. Neque hic sit extensio quaedam, ut dissentientes arguant, sed simpliciter ex hoc priuilegio prius priuilegium declaratur et illustratur. Similis firinae est argumentum octauum ex l. f. C. de domeſt. et protec. XII. defunctum, quod usque adeo manifestum est, ut etiam salarium adhuc in sequentis anni heredibus assignetur, quod prorsus a regula recedit. Ceterum haec priuilegia hodie eo minus applicari possunt, quia huiusmodi officia plane nobis incognita sunt, ut sic eo magis in hodiernis officiis, nullibi exceptis, regulae inhaerendum sit.

§. XXXII. Multo minus immorandum est septimo argumento ex l. 10. §. 1. de legat. defuncto, quod ne quidem de anno salario, sed tantum de legattu disponit. Legatum erat viaticum, ut constat ex l. 18. §. 12. de muner. et honor. et sic sumptus itineris vel impendia ad iter explicanum necessaria denotabat, l. 7. D. ad S. Trebell. l. 12. de reb. cred. BARNAB. BRISSONIVS de V. Signif. voce viaticum. SAMUEL PITISCVS in Lexic. antiqu. Rom. voce viaticum. Aequarem itaque fuit, ut viaticum datum legati heredes, qui in munere legationis, antequam ad patriam reverteretur,

de proxim. fa-  
cr. scrib.

decesserat, haud restituerent, quod defunctus iam hos  
sanctus in iter expediendum fecisset. Nec itaque condicatio  
caussa data causa non secuta locum habere poterat, quo-  
niam causa, ob quam *vaticum* datum erat, secuta erat, et  
sumitus in iter facti. l. 5. pr. de condic. causs. dat. causs. non se-  
tent. Quae cum ita sint, liquidum est, nullo iure a legati-  
o, quod non ob ministerium vel officium legationis, sed  
vincie ob impensis itineris datum fuit, argumentum ad *an-*  
*nua* *salaria* trahi posse, quae non tolluntur propter *impens-*  
*s* *primario*, sed potius ob expeditionem officii et mini-  
sterii.

Eueritur ar-  
gumentum  
inde desum-  
tum, quod sa-  
larium sit be-  
neficium.

§. XXXII. Nonum argumentum plane est *ἀπόστολος*, et quartuor terminis constat in formam syllogismi  
contractum. Argumentum forsitan erit: *Quicquid est bene-*  
*ficium, est late interpretandum: atque salario annua sunt*  
*beneficium; Ergo late interpretanda.* In maiori propositi-  
one vox *beneficii* sumitur *pro privilegio* *favorabili* et *mere*  
*gratuito*, quod indicat l. 3. D. de constit. princ. vnde delin-  
ta est; in *minore* denominatio *beneficii* denotat erogatio-  
nem quandam et praestationem lucorum et emolumento-  
rum ob seruitia praestita, sed eodem *improprio* sensu, uti  
feuda dicuntur *beneficia*, quia in vtraque specie commoda  
alteri praestantur non simpliciter, sed ob *seruitia* seu *mi-*  
*nisteria* *praestanda*, STRVVIUS in Syntagm. iuris feud. c. II.  
ap. 2. n. 1. adeoque argumentum laborat in forma. Dein  
de maior propositio quoque falsa est. Contra naturam pri-  
uilegorum est lata eorum et extensiva interpretatione, cum  
*iuris singulare et exceptionem* a regula contineant, quae stri-  
cte interpretanda sunt. l. 14. D. de LL. Nec aliud ex l. 3. cit. cui in-  
citur, quia particula, *quam plentissime*, non extensivam in-  
terpretationem denotat, sed illud potius innuit, *privilegia*  
*cum effectu esse intelligenda*, iuxta declarationem l. 1. in fin.  
*ad municip. confr. ill. Dn. THOMASIVS de interpretat.*  
*benefic. princ.*

§. 4

§. XXXIV.

§. XXXIV. Decima ratio dubitandi ad annua <sup>la-</sup>  
laria plane applicari nequit. Admitto, annua legata, quae <sup>erroneam esse</sup>  
<sup>ostenditur, di-</sup>  
<sup>simpliciter, et non ob causam futuram debentur, ab initio an-</sup>  
<sup>nii deberi, quod adduci textus in §. XIV. docent; verum</sup>  
<sup>idem quoque obseruandum esse in annuis salariis, quae ob</sup>  
<sup>ministerium annum, vel operam praestandam debentur,</sup>  
<sup>vel ideo assiri nequit, quod in his sit obligatio ob causam</sup>  
<sup>futuram, quae deum ius agendi tribuit, quando causa se-</sup>  
<sup>cuta est: quicquid autem ob causam datum aut promissum</sup>  
<sup>est, causa non secuta, haud debetur. I. 5. C. de condit. ob</sup>  
<sup>caus. Noui quidem interpretes ingentes mouere fluctus</sup>  
<sup>circa quaestionem, quando salarium annum debere incipi-</sup>  
<sup>at? Miror ipsum etiam GOTHOFREDVM de salar. c. II. et</sup>  
<sup>12. hac in re fluctuisse, cum tamen ab anno, quod simpli-</sup>  
<sup>citer, non habito respectu ad causam futuram, debetur, ad</sup>  
<sup>annua salario non valeat consequentia. Illud enim ut plurimum</sup>  
<sup>alimentorum causa relinqui solet, fauoremque insignem ha-</sup>  
<sup>bet, indeque statim ab initio anni debetur. Quod vero ob</sup>  
<sup>annua seruitia, vel officia praestatur, non absolute, sed in-</sup>  
<sup>tuita horum officiorum, quorum compensatio est, debe-</sup>  
<sup>tur, adeoque dies eius ab initio anni quoad integrum salarii</sup>  
<sup>um cedere nequit, arg. I. 7. solut. matrim. Equidem</sup>  
<sup>GOTHOFREDVS cit. c. 12. §. 4. lit. a. obiicit, quod salarium</sup>  
<sup>loco vietus cedat, indeque infert, ab initio anni deberi sa-</sup>  
<sup>larium, addit tamen: non quidem diurnum, ut operariis</sup>  
<sup>et sellulariis, qui quaestum communem faciunt, sed neque</sup>  
<sup>in totum, verum in his pensionibus diuisum, quae ab inho-</sup>  
<sup>nesta diurni specie absint. Vel haec ipsa verba ostendunt,</sup>  
<sup>annui salarii diem non cedere ab initio anni, quoad totum</sup>  
<sup>salarium, quod alias in anno legato iuris est, sed iustis pen-</sup>  
<sup>sionibus diuidendum esse pro rata seruitii praestiti. Deinde</sup>  
<sup>primario non soluitur ob alimenta, quod legatis annuis</sup>  
<sup>proprium est, sed principaliter propter ministerium et la-</sup>  
<sup>bores muneris, quos salariarius sustinet, ut secundario er-</sup>  
<sup>iam</sup>

iam victui inferiat ei , qui aliunde victum non habet. Si enim rationi dissentientium aliquid roboris inesset , et iam operariis , qui in diem ferme viuant , et a diurnis aliamentis pendent , merces annuatim promissa ab initio anni deberetur ; et quidem intuitu *totius anni* , cum mercenarii potissimum ex mercede se pascant , et victimum quotidianum capiant , quod tamen dissentientes laud admitunt.

Nec argumen-  
tum a penso-  
nibus ad an-  
nua salari va-  
ler.

§. XXXV. Undecima ratio §. XV. tacta confundit *salarium annum* cum *annuis pensionibus* , quae duo sedullo distinximus. Hac nonnunquam folii solent quibusdam personis ob *merita antecedentia* , *eruditionem* , vel *alias singularē qualitatē* ; ast *salarium annum* , quod *officialibus* soluitur , intuitu *muneris* et *solicitudinis* , quam in officio publico *salararius* *lustinet* , *primario* soluitur , licet quandoque personae *industria* , *dexteritas* , *singularisque prudentiae* personae cohaerens mouere possit principem ad augendum *salarium* , quarum qualitatum intuitu *unice* et *primario* tamen non soluitur. Non ergo ab illis ad haec valet consequentia , cum illorum ratio *primaria* consistat in *alimentis* intuitu certae *qualitatis* vel *favoris* erga personam *praestans* , quae comimode possint cum *alimentis* et *annuis legatis* comparari , ad hunc effectum , ut statim debeantur ab initio anni , quod de *annis salariis* dici nequit.

Praesidium a  
sententia  
communi pe-  
titum nullius  
roboris est,

§. XXXVI. Denique ultima ratio ab omni ratione sententia est. Nam (a) quod non ratione , sed errore introducum est , vim iuris non habet. l. 37. de LL. (b) Erroneum est , iureconsultorum sententias esse instar suffragiorum iudicium , ut maiora concludant , neque enim *indicant* ICti , dum *interpretantur iura* , neque certum collegium constituant , ut maiora *praeualere* debeant. (c) Melius sine dubio SENECA lib. de beata vita c. 1. hac de re philosophatur , et , nihil , ait , *magis praestandum est* , quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem pergentes non qua eundem est , sed qua itur. Atqui nulla res nos maioribus maius

lis implicat, quam quod ad rumorem componimur, optimam rati ea, quae magno assensu recepta sunt, quorunque exempla nobis multa sunt: nec ad rationem, sed ad similitudinem viuimus. Inde ista tanta coacervatio aliorum supraalios videntium. Quod in strage hominum magna euenit, cum ipse se populus premis, nemo ita cadit, ut non alius in se attrahat: primi exitio sequentibus sunt: hoc in omni vita accidere videas licet: nemo sibi tantum errat, sed alii erroris causa est: autor est. Nocet enim applicari antecedentibus: et dum unusquisque manu credere, quam iudicare, numquam de vita iudicatur, semper creditur. (d) Nec opinio communis attenditur, si praxis contraria est, quae hic eo magis inspicienda est, quod rationi iuris conformis sit.

§. XXXVII. Quemadmodum vero ex hac tenus dictis liquet, salarium annum de iure ciuili regulariter non deberi, nisi confecto labore et sollicitudine annua, nisi spe ciatiui aliud moribus vel lege prouinciali cautum sit, ut per partes praefetur, ita termini a quo et ad quem anni de seruit paucis eruendi sunt. Et quidem quod terminum a quo concernit, quidam simpliciter anni initium a tempore electionis vel vocationis computandum esse censem, quod hac ipsa acquiratur dignitas et officium, propter quod soluitur salarium, secundum notissima iuris brocardica; idem dicendum esse de eo, qui est in termino, ac qui est in via: et rem destinatam ad aliquem actum haberi pro ipso actu. Sc. SEBASTIANVS SAPIA ad l. 4. ff. de officiis assessori. n. 24, ex quo concludunt, quod transmittatur salarium primi anni ad heredes, si vel maxime electus vel vocatus, antequam officium ingressus est, decessisset, eo ipso quod statim cedat dies huius obligationis. Sed sicuti haec conclusio de salario integri anni primi fluxit ex errore principio antea iam rejecto, ita haec decisio de initio termini a quo ex iure non satis probari potest. Recl. IOHANNES BASPTR.

G

STA

STA ad l. 4. cit. n. 21. ait: Non video legem aliquam aut rationem, quae nos cogat ad dicendum, quod debeatur salarium heredibus post tatis defuncti ante officium inchoatum. Evidem prouocant plerique ad l. f. C. de Consul. ex qua colligere solent, illico ab imperialibus codicillis praefitiss dignitatem, ad quam quis promotus est, transire in vocatum vel electum, et sic quoque salarium deberi, utpote quod ob dignitatem soluitur. B. HOPPIVS ad §. 43. quibus mod. sollicitur P.P. Verum respondetur, (a) quod de dignitate Patriciatus asseritur, ad quaecunque officia indistincte applicari non potest, vt recte censet BAPTISTA cit. b. (b) Si vel maxime generalis haec conclusio, quod dignitas quaevis statim a tempore praefitorum codicillorum principalium in vocatum transeat, vera esset, (quae in praxi ut plurimum attendi solet) inde tamen minime fluit, salarii diem etiam cedere a tempore impetratae dignitatis. Erroneum omnino presuppositum est, salarium deberi ob solam dignitatem, quod potius soluitur ob officium dignitati cohaerens, adeoque demum a die suscepit officii dies eius cedere incipit. Diuersa autem esse ipsum officium et dignitatem ei cohaerentem, concludatum est, cum, deposito officio, dignitas ut plurimum conseruetur, et ita, si sententia contraria fundata foret, salarium adhuc, deposito officio, debeatur, cum eius causa, dignitas scilicet, haud amittatur, quod tamen ne dissentient quidem asserere audent. Potest praeterea etiam contingere, vt quis ad officium aliquod ex locis remotis vocetur, et post diuturnum demum interualium illud suscipiat, quo casu salarii emolumenta ipse interim petere posset, si sententia adducta vera esset, quod tamen asseri nequit, nisi aliter in litteris vocationis cautum fuerit. *confr. IACOBVS DE NIGRIS ad c. l. 4. n. 34.*

Sed vel a die extinctionis in §. XXXVIII. Alii, quos sequitur IACOBVS GOTFREDVS de salar. c. XI. §. 2. venditis offi- distingunt inter titulum o- ciis. nerorum et lucratuum. Vbi de officiis emitis, ait GOTFREDVS

FREDVS, quorum commercium est, agitur, statim ad die em-  
tionis vel resignationis salaryum cedit iure dominii, non ali-  
ter, quam fructus et redditus naturales rem reique domi-  
num sequuntur. Respicit Auctor sine dubio ad mores Gal-  
liae, quibus venditio munierum publicorum probata, et  
quia in genere, facta venditione, commoda sequuntur emto-  
rem, admitti potest haec sententia, praesertim cum non  
apparet ratio, quare hic casus a regula excipiendus sit.  
Interim in foris nostris rarius officia hoc titulo acquiruntur,  
si excipias militaria et canonicorum, adeoque ad alterum Vel a die sui  
casum primario respiciendum est, quo, iuxta sententiam G o- scepti mune-  
THO FREDI, salaryi diestantum cedit a tempore receptionis ris gratis col-  
officii, quia beneficium datur propter officium, et commoda lati.  
officii habentur ratione administrationis. Accurate congru-  
it haec sententia cum iis, quea ante sunt dicta, et cap. an-  
tec. adducta, cui declarationis gratia addendum centeo, in-  
cipere salaryum deberi a tempore suscepiti officii, non quo-  
ad integrum annum, sed quia salaryum et officium divisionem  
recipiunt, pro rata temporis, quo officio fungitur salariari-  
us, unde aequum quoque est, vt salaryum per partes pree-  
stetur, prout hodie fieri solet. *GOTHOFREDVS de sa-*  
*lar. cap. XII. §. 4.* Vtum haec obseruatio insignem habet,  
quoad annum deseruitum, vt accurate statui queat, a quo  
tempore ultimi anni terminus constituendus sit?

§. XXXIX. Denique terminus ad quem salaryi sol- De termino  
uendi facile ex hac tenus dictis erui potest. Est enim ille ad quem anni  
ipse terminus, quo salariarius officium deponit, siue morte,  
siue resignatione, siue depositione, siue alia ratione officium  
eius finiatur. In quantum enim dies salaryi pro rata officii  
praestiti cescit, in tantum debetur, et deseruitum esse cen-  
setur, divisione emolumendorum secundum mensum distri-  
butionem instituenda et praestanda, prout in casu fere simili  
ICti Romani censuere in l. 7. solut. matrim. Singulo-  
rum dierum in hac computatione ratio haberi non adeo

poteſt, tum, quia neq; quaevis officia et ministeria tam accurate diuidi poſſunt, tum etiam, quia in ſalariorum cauſis, quae ſummuſ in iure fauorem habent, paulo benignius procedendum eſt, ut mensis pro completo habeatur, ſi quis intra eum mortuus fuerit. Hinc etiam eſt, quod in praxi, vbi in ſingulos quadrantes diuiſum eſt ſalarium, ſalarium quadrantis deteruatum eſſe confeatur, ſi pauciſſum temporis tantum ei deſir, ſicuti non habettur ratio aliquot dierum, quibus quis finito quadrante adhuc officio functus. Ergo, ſi in medio quadrantis officium finitur, de ſtricto iure plus dimidia parte iſtius quadrantis ſalarii heredes petere nequeunt, niſi aliud lege cauatum fuerit. Loquimur enim hic tantum de *iure ciuitatis*, a quo leges prouinciales recedere, et ſpatiuſ anni deſeruiti paulo latius extendere potuerunt, prout cap. anteced. iam obſeruatum eſt.

### C A P V T III. De anno deſeruito ecclesiastico.

§. I.

An detur annus clericorum deſeruitus?

**F**luctus, quos cap. anteced. pro viribus compoluimus, refuſcitos videmus in doctrina de fructibus beneficiorum ecclesiasticorum ultimi anni, et ſalario clericorum promerito. Quidam enim in dubium vocare auſt fūnt, an detur annus clericorum deſeruitus quoad reditus ecclesiasticos? Evidem ſupra iam c. I. quæſitione deſeruendo, ministris ecclesiæ omnino ſalaria et beneficia ecclesiastica deberi, quatenus in ſacris militant, quod licet ho- die plerique admittant, non tamen deſuere, qui nouam, et quod ex illa quidem hanc litem proposuerunt: *Vtrum clerici domini fructum ex bonis ecclesiasticis perceptorum fieri poſſent?* Id quod si negatur, fruſtra quaeritur de anno deſeruito, et ad heredes transmissibili, cum ne quidem fructus, qui ex redituſ ecclesiasticis tempore mortis ſuperfunt, retineant, fed ad ecclesiā, viude ad deſunētum peruenere, redire de-

debeant. Non loquor de *Canonicis regularibus*, qui ob  
vorum paupertatis, quod praestare iubentur, omnis pro-  
prietatis prorsus incapaces dicuntur, ut tantum facultatem  
*consumendi* redditus habeant, proprietatem autem ipsam fru-  
ctuum ad se haud perrinere, credere debeant, id quod qua  
persuasione fieri possit, vix capio, cum facultas consumen-  
di absque proprietate esse nequeat. Sed transeat hic no-  
dus Gordius, qui in foris Protestantium gladio Alexandrinon  
indiget, postquam tales *regulares clericos* non habemus.  
Cui interim anxia Pontificiorum dubia examinare et per-  
lustrare volupe est, adire potest ANDREAS MENDOZA  
din. militar. disquis. IV. aliosque, quos enumerare non va-  
cat. Vnice ergo quaestio superest de *clericis secularibus*,  
h.e. qui nullo paupertatis voto constricti sunt, an hi fructus  
beneficiorum ecclesiasticorum suos faciant?

§. II. Tangit hanc quaestionem ZIEGLERVS de quod Canoni-  
date Eccles. c. XI. §. 32. seqq. FRANCISCVS SARMIENTO itae diuersi-  
de redditib. eccles. P. II. cap. I. seqq. GONZALEZ. ad c. 5. X. de mode deci-  
pecul. clericor. FRANCISCVS GALLVS de fructibus Disp. dunt.  
37. art. 1. n. 5. seqq. GRANNA-NIETTO in catena iurium ad  
C. II. de tessam. n. 2. seqq. ALEXANDER SPERELLVS de-  
cif. for. eccles. 82. n. 5. seqq. BARBOSA lib. III. iur. eccles. c.  
17. n. 9. seq. aliquie et de ea magnis animi motibus conten-  
dunt. Plerique tamen ex his recte censem, dominium fru-  
ctuum esse penes clericos, qui ex penu ecclesiae aluntur,  
quod praxi hodierna inter ipsos Catholicos adeo corroborat-  
rum est, ut argumentis plurimis hanc sententiam corroborar-  
re opus non sit, praesertim, cum inter Protestantes nul-  
lus super sit dubitandi locus, nec nullum praeceptum diui-  
num in contrarium allegari queat.

§. III. Nec tamen sic quidem existentia anni de-  
seruiti satis expedita, cum dominium hoc in c. 8. X. de te-  
ssam. adeo refringatur, ut inter viros quidem de bonis  
disponere valeant, sed non mortis causa, quia ita eccl-  
G 3

An inter Pon-  
tificios detur  
annus deserui-  
tus, postquam  
ecclesia cleri-  
ciae in redditibus

ecclesiasticis  
succedit.

siac, quae in bona clericorum succedit iure pontificio, praecipitum inferatur. GONZALEZ ad c. cit. 8. n. 3. Si itaque ecclesia succedit in bonis defuncti clericis, frustra quaeritur de anno deseruio, cuius potissimum nervus in eo consistit, ut heredes defuncti sive ex testamento sive ab intestato fructus anni deseruio consequantur. Inde forsitan ortum olim et spolia cle- traxit *ius spolia defuncti colligendi*, vi cuius substantia a be- ricorum ce- neficiato relata, et ex redditibus ecclesiasticis acquisita cede- dunt ecclesiae, bat ecclesiae, vel potius praelatis maioribus h. e. pontifici et episcopis, utpote qui *ecclesiam* repraesentare vulgo cre- debantur, prout docet LUDOVICVS THOMASSINVS P. III. de veteri et nov. eccles. discipl. lib. 2. c. 37. cuius iuris etiam fit mentio in c. 9. de offic. ordinar. in 6. Traxerunt hoc ius postmodum Imperatores in usus suos, illudque per aliquot secula exercuerunt, donec anno 1198. Otto IV. eidem

renunciaret, quod pluribus explicat HENRICVS MEIBO-  
M I VS de iure quodam antiquo et antiquato Caeſarum Ger-  
man. in decadent. maior. Praefat. relict. possess. quac tom. III.  
rerum Germanicar. pag. 185. inserta est. Verum ne sic qui-

Sed nihilomi-  
nus datur an-  
nus deseruitus  
inter Pontifi-  
cios.

nus deseruitus  
Nam (a) dispensatione Pontificis de bonis omni-  
bus, etiam intuitu ecclesiae acquisitis, in ultimo elogio suo  
disponere possunt, quo casu fructus anni deseruio heredi-  
bus institutis cedere debent, quod exemplo solemni Epis-  
copi Hildesheimensis ultimo defuncti illustrat B. STRYKI-  
VS tract. de cantel. testam. in append. n. 10. Praeterea (b) non  
negant Pontificii, consuetudine contrarium plurimis in  
locis introductum, eamque retinendam esse consent, adeo  
ut dispositio iuris Canonici fere ubique restricta fuerit ad so-  
los Episcopos, ceteris autem clericis, et imprimis canonici-  
cis in ecclesiis cathedralibus testamento factio reseruata sit,  
adeo ut, eo non facto, heredes ab intestato succedant.  
GRANNA-NIETTO ad c. I.X. de testam. n. 9. GALLVS  
de Fructibus disp. 37. art. 1. n. 79. seqq. SARMIENTO de reg-  
dit.

*dit. eccles. P. II. c. 8. ESPEN de iure eccles. P. II. tit. 32. c. 7.  
n. 20. slegg. vbi docet, leculo XV. libertatem testandi de pro-  
uentibus ecclesiasticis hinc inde inualuisse. Denique (c) in-  
ter Protestantes eo minus dubii supereft, cum bona defun-  
ctorum canonicorum ministrorumque ecclesiae heredibus  
ab intestato vel ex testamento optimo iure debeantur, et  
ita de fructibus anni deseruit in nostris foris ecclesiasticis  
laepius concertationes emergant.*

¶ IV. Eiusdē ergo existentia anni deseruiti ecclesiastici, ratio eius paucis eruenda est. Non mirandum est, Canonistas et ICtos in hac quaestione admodum fluctuas-  
se, cum de iure ipso, quo fructus beneficiorum acquiran-  
tur, mirifice titubent, et ne quidem in communi senten-  
tia capite anteced. impugnata, subsistant. Quidam com-  
parant clericos, qui beneficiis nutriuntur ecclesiasticis, v-  
sustentariis, indeque concludunt, eodem modo diuiden-  
dos fructus inter heredes defuncti eiusque successorem in of-  
ficio, quo diuiduntur inter proprietarium et heredes, secun-  
dum l. 64. de v/sfr. hoc sensu, ut percepti specent ad heredes  
defuncti clericis, pendentes vero in successorem transiant.  
Hanc ut arriperent sententiam, inde inducti, quod vide-  
rint, clericos non esse dominos bonorum ecclesiasticorum,  
quibus fruuntur, sed emolumenta tantum inde percipere,  
adeoque inde collegerunt, ius v/sfructuarium clericis com-  
petere, praesertim cum hoc ius etiam morte exspiret. Vn-  
de LVTHERVUS tom. VI. Witteberg. fol. 332. notanter ait:  
Niemand kan leugnen / daß kein Pfarrherr etwas eigenes hat  
an der Pfarrre / sondern seyn Gäste in den Pfarr-Gütern / und  
müssen sie hinter sich lassen/ wenn sie sterben. Et hanc sen-  
tentiam defendant allegati a FRANCISCO GALLO de Fru-  
ctibus Disp. 37. art. 1. n. 2. AVGVSTINO BARBOSA lib. III.  
iur. eccl. c. 17. n. 77. PETRO BARBOSA ad l. diuortio 7.  
p. 2. n. 44. ALEXANDRO SPERELLO Decis. for. eccl. 82.  
n. o. PETRO LEVRENIO in for. benefic. P. III. qn. 247. n.

3. DE LVCA in theatr. verit. et iustit. tom. I. de benefic. disc. 100. n. 12. et disc. 84. n. 7. COVARRVIA lib. I. resol. c. 15. n. 12. ANDREA TIRAOVELLO de retract. conuent. §. 5. gl. 4. n. 3. Imo etiam Protestantes I.Cti non adeo alieni esse videntur ab hac sententia, testibus CARPOZIO lib. II. Iurispr. consit. def. 352. n. 12. et 353. n. 1. SCHILTERO lib. II. In-  
stit. iur. Can. tit. 8. §. 4.

Quidam eos, §. V. Addo et hoc, nonnullos cum ALEXAN-  
praesertim in DRO SPERELLO cit. l. n. 9. PETRO SVRDO lib. III. conf.  
mortre, usuari. morre, usuari. alisque paulo subtilius philosophari, ne di-  
is comparan. 333. n. 9. seqq. aliisque paulo subtilius philosophari, ne di-  
dos esse cen. cam, magis lepide agere. Aut enim, clericos in vita  
aequiparari usufructuaris, in morte usuariis. Sed quid hoc  
rei est? Scilicet ut, iis decadentibus, seruandae sint leges  
de usuario loquentes, quae prohibent fructus inexactos ad  
heredes transmittere, sed illos dant taxat, quos cum effectu  
percepit, et inter cetera sua bona immiscerit, sine in horrea  
recondidit, ut utar verbis SPERELLI cit. l. n. 10. Ex quo  
colligunt, fructus separatos quidem a solo sed nondum in  
horrea collectos, nec ad heredes clericorum, nec ad an-  
num deseruitum spectare. Huc etiam collineare videtur  
IVLLI III. constitutio 7. in Bullar. tom. I. fol. 697. et noua  
eiusdem declaratio fol. 698.

Veraque com- §. VI. Sed recte utramque sententiam reproba-  
paratio reici- rit COVARRVIAS tom. I. p. 1. c. 7. n. 1. seqq. et lib. I. var.  
tur, praevio resol. c. 15. n. 12. cum non semper, quae in aliquo tertio  
examine. conueniant, prorsus eadem sint, quae tamen saepius, non  
sine summo dedecore, confundi solent. Usufructuaris  
quidem percepit fructus, percepit etiam clericus: morre  
tollitur ius usufructuarji, tollitur etiam clericu. Ast (a)  
clericci percipiunt redditus et fructus instar salarii pro officio  
ecclesiastico, et in eius compensationem, cum usufructuarij  
fructus simpliciter seu gratis percipient, non intuitu certi  
oneris vel muneris, adeoque ad paria reduci nequeunt, nec  
de fructibus deseruitis quoad usufructuarium recte institui-  
tur,

ob rationes  
diuersitatis.

tur quaestio, vti quidem quoad ministros ecclesiasticos. Simpli-  
citer percipiendo suos faciunt fructus vsufructuarii, clerici ve-  
ro deseruendo, et cum ita vtrobique diuersum acquirendi  
fructus fundamentum adsit, diuerso quoque iure censeretur  
debent. (b) Tollitur quidem morte clerici etiam ius perci-  
piendi redditus ecclesiasticos, sed non ideo, quod vsu-  
fructuarius aut vsuarius sit, sed quia causa cessat, intui-  
tu cuius redditus illos percepit. Neque (c) iure seruitu-  
ris proprie dictae emolumenta habet, sed iure beneficii seu  
salarii vel mercedis, adeoque saepe contingit, vt ante mor-  
tem haec amittat, si officium ecclesiasticum translatione,  
resignatione, depositione, aliisque modis amittit. Quin quod  
(d) ne quidem eandem potestatem in praedia ecclesiastica,  
beneficiario iure ei assignata, habeat, quam recte sibi vin-  
dicat vsufructuarius. Evidem Pastor recte locat praedia  
rustica, sed non vbique custodes et aeditui: e contrario  
aedes parochiales ne quidem alii locare queunt, nisi vbi  
hoc consuetudine receptum. Vid. Dn. PRAESES in iure  
Paroch. Sect. V. c. 2. §. 18. STYPMANN. de salar. cleric. c. 9.  
n. 56. seqq. Denique ratio (e) quod clerici in morte tan-  
tum pro vsuariis haberi debeant, magis derisoria, quam  
vera est, cum solius glossae, nulla legis nitatur autoritate,  
quam hodie merito repudiamus.

§. VII. Quemadmodum ergo ex his apparet, fal-  
sam esse sententiam, quod clerici vsufructuario vel vsuario  
aequiparentur, ita prorsus erroneum est, fructus ciuiles  
omnes ad succesorem in officio spectare. Ait FRANCI-  
SCVS GALLVS cit. l. n. 6. Donec sunt in manibus debito-  
ris, non possunt dici fructus percepti, h.e. donec dies pen-  
sionum nondum venerit. Nihilominus tamen n. 8. addit,  
ideo hanc sententiam veram esse, quia subrogatum naturam  
sapit eius, pro quo subrogatur. Hoc si verum est, vtique  
distinguere debuisset GALLVS, vtrum fructus a colono es-  
tent collecti, nec ne? id quod tamen non facit, sed sim-

H

pli-

Proinde non  
omnes fructus  
ciuiles aligna-  
ri possunt suc-  
cessori.

pliciter tantum respondet; videndum est, utrum dies soluendarum pensionum venerit, nec ne? qualis contradictionis et incerta philosophia a ICto prorsus aliena esse debet.

**Quidam** distinguunt in beneficia *simplicia* et non *simplicia*. Haec dicuntur, quae ter beneficia curam animae, aliamque potestatem in plebem ecclesiasticae simplicia et cum vel administrationem annexam habent; illa vero, quae non simplicia: carent cura animarum, et tantum habent obligationem horas canonicas psallendi, missas legendi, aliudque diuinum persoluendi officium. **LUDOVICVS ENGEL** in colleg. iur. canon. tit. de praebend. et dignit. §. 1. n. 5. **IACOB. WIEST** nullam ad NER. ad cit. tit. art. 2. n. 27. Inde inferunt, in *simplicibus* remittentes *beneficiis*, quales sunt *canonicatus*, *capellaniae* etc. nullam uisionem in faciendam esse fructuum distributionem, nec ullam partem *simplicibus* ad heredes praemortui transmitti, sed beneficiatos simpli- citer usufructuariis comparari: ast in *non simplicibus* institu- bene tantum endam esse distributionem, ut pro rata oneris et ministerii praestiti fructuum diuisio institutatur, exemplo mariti, qui pro rata temporis ob onera matrimonii, quae sustulit, fructus ultimi anni percipit. **Cardinalis DE LUCHA** tom. I. de benefic. disc. 100. n. 12. **PARISIVS** lib. 4. conf. 33. **PETRVS BARBOSA** in l. diuortio pr. soluto matrim. p. 2. n. 59.

**Examinatur** haec distinctione et reiicitur. §. IX. Sed, si verum fateri licet, nullum solidum huius distinctionis appetere fundamentum. Aequo Canonici praestant, vel latim praestare debebant officium sacrum, ac quidem illi, quibus cura animarum aliae administratio ecclesiastica commissa est. Aequo illi accipiunt redditus ecclesiasticos pro officio, ac quidem hi, et sic quoque aequo deseruire dicuntur emolumenta, cum *beneficium* in genere pro officio detur. Si ergo in *beneficiis non simplicibus* fructus sunt diuidendi pro rata temporis, quo clericus in ultimo anno vixit, etiam eodem diuidendi sunt modo in

in *simplisibus*, ut canonici bus. Evidem qui ita distingunt, forsan respexere ad praxim hodiernam capitulorum, et animaduertierunt, canonicos et capitulares parum laboris sustinere, et officio suo adeo superficiarie defungi, ut ne quidem horis canonici amplius, vel saltim rarius interfint, per vicarios suos officia ecclesiastica obeant, et ita absque ullo onere et sudore fructus et redditus ecclesiasticos percipient. Verum non spectandum est, quid Romae fit, sed quid fieri debebat. Hoc certum est, ex fine primordiali dari praebendas beneficiaque *pro officio*, et ita non *absolute*, sed *ob causam*, et licet praxis peruersa inualuerit, ut per vicarios sacram rem facere possint, sufficit tamen in foro, quod officium ipsum obeant, sive per se, sive per alios, intuitu cuius percipiunt redditus. Nec multo sententiam, si quis virgeat, nullam esse proportionem inter officium et redditus praebendarum, qui saepe adeo pingues sunt, ut vel tribus sufficere possent; hoc enim virtus feculi adscribendum est, et praeterea officia haec sacra non sunt *mercenaria*, ut proportio quaedam, ut in *mercede operariorum*, in iis attendi debeat, sed sufficit, quod *instar salarii et compensationis* pro diuino officio praebentur his, qui ad munera sacra obeunda sunt vocati.

§. X. Porro non mirandum est, adfuisse, qui ad Quidam ad initium anni spectandum esse censuere, ut, clero post initium anni defuncto, totius anni redditus in heredes eius transmitti debeant, qui sine dubio memores fuere communis Doctorum sententiae in cap. *anteced.* examinatae et reprobatae. Quod enim in genere circa salariorios iura disponuisse credeant, hoc etiam pastoribus aliisque clericis nullo iure denegari posse censebant, nisi aliud lege provinciali cautum fuerit. CARPOV. lib. I. *iurispr. consit. def. 171. n. 5.* STYPMANN. de *salar. cleric. c. XI. n. 20. seqq.* B. STRYK. in *not. ad ius eccl. Brunnen. lib. 2. c. 5. §. 10.* Postquam vero, quae circa hanc sententiam monenda sunt, capite anteced-

nec in canonici  
bus diversum ius obti-  
nere debet.

denti plenius sunt exposita, non necesse esse duco, huic dubio diutius immorari.

**Ex hac sententia in capitulis quibusdam iuris singularia sunt nata.**

§. XI. Interim quaedam vestigia sententiae huius hinc inde in capitulis et ecclesiis superesse tum statuta capi- tularum, tum ordinationes ecclesiasticae docent, ut eo magis mirer, qui factum fuerit, vt Canonistae huius sen- tentiae, iuris civilis interpretibus admodum familiaris, pro- fusi haud meminerint. Interim si statutis specialibus et lo- corum ordinationibus pro parte vel in totum sententia haec approbata est, ei sine dubio standum est, cum nihil impedit, quo minus latius terminus salarii proueriti ex-

Inde oriuntendi queat. Vnde in pluribus capitulis certi dies critici dies critici de- sunt constituti, quos qui superuixit, fructus praebendae seruicio salario tuae deseruuisse dicitur ad hunc effectum, vt in heredes praestituti, eos transmittat, non habita ratione illius termini, quo in possessione vel quasi constitutus est, quod ea ratione factum esse credo, vt generalis et vniuersalis terminus, a quo di- es omnium reddituum cedere incipit, omnibus canoniciis sit praescriptus, et ita tantum in eo a sententia communi, in cap. anteced. impugnata, discelsum est, quod terminus a quo non sit ex eo die constituendus, quo canonicis in pos- sessionem vel quasi canoniciatus sunt constituti, vel quo residentiam incipiunt.

In quibusdam §. XII. Sic in quibusdam capitulis (1) terminus capitalis ter- anni deseruiti est dies Margaretha, b.c. dies XIII. Iulii, minus anni hoc effectu, vt Canonicus, qui hunc diem criticum su- deseruiti est peruixit, redditus adhuc instantes deseruuisse videatur. For- dies Margare- san ex moribus Saxoniciis, qui fere Germaniae olim com- munes suisse videntur, haec obseruantia inualuit, quibus primario ratio habetur operarum in agriculturam et vinde- iniā factarum, vt, qui, iis absolutis, decesserit, fructus acquisuisse censeatur. Interim terminus latius quodammodo extensus est, vt etiam iis se accommodarent, qui exi- stimarunt, simul ad tempus instantis mensis esse respicien- dum,

dum, ut potentia fructus percipiendi proxima pro ipsa perceptione haberetur. Sic in statutis Susatensisibus ita canturn est: *Et quia immemorabili tempore citra et ultra semper in Ecclesia nostra obseruatum fuit, deinceps etiam obseruabitur, quod Canonicus, praebendatus et emancipatus et in perceptione fructuum suorum Canonicius et praebendae existens, dummodo non sit suspensus, si moriatur post festum S. Margarethae, quo consueverunt fructus praebendarum huiusmodi deseruiri, habeat tres, si vero antea moriatur, duos duntaxat habeat annos gratiae, et illis finitis, Capitulum et Ecclesia habeat duos alios in canoniciatu et praebenda praedictis, et si huiusmodi Canonicus emancipatus et residens atque in perceptione omnium residuorum ac etiam graduum (si modo de iisdem sit prouisus) existens, diem S. Margarethae superuixit, ipsa etiam residu istius anni absque villa contradictione habeat, et interim Canonicus nouus dicti defuncti praebendam affectus, a fructuum perceptione expectare teneatur, nec ante illorum ipsum posse quomodo emancipari.*

*Illustrari hoc ipsum ultius potest per sententiam illustr. Facultat. iurid. huius loci mensis Nov. 1705. latae huius tenoris :*

In Sachen NN. Klägers an einem N. N. Beklagten andern Theils erkennen B. G. S. Friederich König in Preussen etc. auff vorgehabten Diath der Rechts-Gelehrten vor Recht:

Dass Kläger dasjenige/ so Ihm zu beweisen obgelegen/ und Er sich angemessen/ zur Nothdurft erwiesen/ dannenherz Beklagter die nach N. N. Tode verfallene Decanat - Renthen von einem Jahre/ als anno deseruito, Klägern abfolgen zu lassen schuldig/ es werden auch Klägern so viel das besagten Decano zugehörige Canonicat betrifft/nebst dem anno deseruito, die in denen Statuten geordnete zwey Nach. Jahre billig gegönnet. B. R. W.

Quod illustratur responso.

## Rationes decidendi:

**S**o wohl/ so viel die Decanat - Renthen und den von Klä-  
gern practendirten annum deseruitum betrifft/ Ihme-  
n Klägern in actis commissionis fol. 11. afferleget worden/  
dass er die angezogene Obseruanz, daß nemlich ein Decanus  
welcher diem Margaretha erlebet/ annum deseruitum habe/ und  
die Renthen auf seine Erben transferire/ gehörig erweisen solle/ Klä-  
ger aber die desfalls von Anfang vorgesetzte Zeugen hernach  
nicht abhören lassen/ und es dahero scheinen möchte/ daß Er das  
fundamentum actionis nicht erwiesen/ hiernächst Beklagter we-  
gen des Canonicats und dahin gehörigen anni deteruici et anno-  
rum gratiae anführret / daß der verstorbene Decanus N. N. die  
residentiam iuxta statuta nicht gehalten/ und er also alter e-  
molumentorum so wohl vor sich / als seinen heredem, den  
jetzigen Kläger / sich verlustig gemacht habe. Dennoch aber  
und dieweil quoad annum Decanatus deseruitum der fol. 17.  
in act. commiss. befindliche Extract Statutorum Sufatenium  
mahr besaget / quod quilibet Canonicus emancipatus, praec-  
bendatus et in perceptione fructuum suorum existens, si  
moriatur in festo Margarethae, vel postea, tres annos gratiae  
(quorum primus deseruitus est) habere debeat, und dann da-  
hero noch in art. 41. disponiret wird / quod nulla dignitas an-  
nos gratiae habere debeat, eo ipso sich zu Tage leget/ quod  
exceptio in dignitatibus sit quoad solos annos gratiae, di-  
sposicio generalis praecedens autem quoad annum deserui-  
tum ad omnes indistincte pertineat, wie denn' was die Di-  
stinction inter annos gratiae et annum deteruicium betrifft/  
und daß solche gegründet/ die Parthenen in Actis einerley Me-  
nung sind / wozu kommt / daß Kläger durch die in Actis, son-  
derlich fol. 33. b. seqq. befindliche attestata dargethan/ daß auch in  
andern benachbarten Stiftern derer Decanorum Erben annus  
deseruitus gelassen werde / daher denn/ wie die Umbstände ge-  
ben / auch in denen zwischen dem verstorbenen Decano N. N.  
und

und sejigen Beklagten / vormahls aufgerichteten Vergleich fol. act. 5. eben zu dem Ende des termini Margaretha gedachte worden / und das attestatum fol. 32. b. besaget / daß nach des vormahligen Decani von N. Absterben der Pachter dessen Schwester den Pacht bezahlet habe / weshalb die ansangs vorgeschlagene Zeugen abhören zu lassen / umb so viel weniger nöthig gewesen / da Beklagter fol. 44. b. selbst anführt / daß keiner derselben das Absterben eines Decani vorhin erlebet / und also auch von dem anno deseruito keiner einige gegründete Nachricht geben könne. Hiernächst quoad redditus Canonicatus et annos gratiae Kläger durch das attestatum num. act. 6. lit. G. beigebracht hat / daß der verstorbene Decanus N. N. in denen letzteren Jahren fast immer mit allerhand Leibes-Gebrechen behaftet gewesen / und aber aus denen Rechten bekannt ist / quod iustum impedimentum, ut morbus et aduersa valetudo, a residendo excusat :

C. 10. in f. X. de cleric. non resident.

C. 1. X. de cleric. aegrot.

Zugeschweigen / daß S. Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg Friederich Wilhelm Glorwürdigsten Andenkens laut fol. act. 110. b. bereits Ao. 1669 diesfalls gnädigst und ohne restriction ad certum tempus dispensiret ; So ist dergestalt zu erkennen gewesen.

theilen / daß/wenn der Todes-Fall e. g. im September geschiehet / der eine Halbscheid des folgenden Jahrs / redditum der Witwen und Kindern / der andere Halbscheid aber dem Successori zukomme. Stürbe aber der Prediger im October , so erlangen Witwe und Kinder sieben Zwölff-Theile von solchem residuo (computato scilicet anno gratiae ) und bleiben dem Successori nur funf Zwölff-Theile. Gebebe sich der Fall im Nouember , so kommenjenem 8. Zwölff-Theile / diesem den Successori aber nur 4. zu / und ist / wenn in folgenden Monathen sich der Todes-Fall begiebet / die computation nach solchen Füß leicht zu machen / wenn nur allezeit pro regula gesetzet wird / daß der Sterbe-Monath pro deserueto zu achten / und der Witwe und Kindern zum besten zu rechnen. Solte aber etwa in April oder Maio ein Prediger versterben / so gesiesset die Witwe und Kinder nicht alle in die vollen redditus desselbigen von Michaelis bis wieder Michaelis gerechneten Jahren ( computato anno gratiae ) sondern sie hat auch von folgenden Jahres Alter-Nutzungen nach proportion ein / zwey oder mehr Zwölff-Theile zu erwarten / nach dem der Todes-Fall sich früher oder später begiebet.

Ordinationis  
Guelphery-  
tanæ consti-  
tutio lauda-  
tur.

§. XXVIII. Locum hunc integrum vel ideo hic dare volui, quia in nulla ordinatione ecclesiastica tam distincte, et perspicue ipsa ratio computandi est determinata. Simul vero egregie explicat illustratque doctrinam, tum quam ex principiis rectae rationis cap. I. adstruxi, quam admodum exacte referit: tum quam ex iuris Romani seitis deduxi, et contra dissidentes propugnauit, quae itidem in verbis adductis est conseruata. Videor enim mihi videre in hoc tex- tu illam ipsam doctrinam, quam ICrus expressit in l. 7. D. soluto matrimon. unde etiam cap. II. argumentum deduxi, et saniores ICti deducunt. Et ut in compendio loquar, ubi Statuta modum computandi annum a festo Michaelis au- splicantur, non possunt tutius superare ingruentes difficul- tates,

ates, quam adhibita methodo in ordinatione Guelpherytana praescripta.

In defervito  
anno non re-  
spiciendum  
ad diem per-  
ceptionis fru-  
tiuum.

Quod respon-  
so demon-  
stratur.

*einzelzähln  
verdächtig  
durch einen  
zweiten Zähler*

Rationes du-  
bitandi.

§. XXIX. Generatim his praemissis ad specialia descendam: scilicet fluit ex dictis (1) non ad *iura seminis*, nec ad *tempus messis* hic respiciendum esse, quo percipiuntur fructus. Alias quidem leges disponunt, *fructus non iure seminis sed iure soli percipi, et in percipiendis fructibus magis corporis ius, ex quo percipiuntur, quam seminis, ex quo oriuntur, aspiciendum esse*, vti Ictus ait in l. 25. pr. et §. 1. D. de usur. quam doctrinam per varias conclusiones egregie illustrat Dn. COCCIVS de iure seminis Sect. III. §. 7. sgg. Ast hanc doctrinam ad casum praesentem, vbi fructus ob causam et propter officium percipiuntur, prorsus applicari non posse, per se ex haec tenus dictis satis liquet. Ut vero res speciali declaretur exemplo, adiiciam responsum illustr. Facult. Iurid. Hall. mens. April. 1707. conceptum, quod huius tenoris est: *Ist Euer Mann/ ein gewesener Pre-  
diger/ 8. Tage nach Heil. Drey Könige 1704. verstorben/ und  
er ist umb Iohannis desselben Jahrs der folgende Prediger wie-  
der ins Amt kommen/zwischen welchen und euch einige differen-  
tien und Mißverständniß wegen bestellen der bestellter und me-  
liorirten Aecker auch der Erndte entstanden/ und also erstlich ge-  
fraget wird: Ob nicht diejenigen Aecker/ so bey des  
Mannes Leb-Zeiten brach gel-gen/ und also das Jahr  
Winter-Feld geworden/ und da auch einige davon der  
Witwen sel. Ehe. Herr vorgehenden Herbst mit Weis-  
zen und Roggen bestellt gehabt/ also von dessen  
Witwe alleine müsse geerndet werden. Wenn nun  
gleich möchte eingewant werden/ daß die Prediger in den  
Pfarr-Aeckern nicht anders/ als blosse vlufructuarii zu con-  
sideriren/*

SCHILT. Instiit. Iur. Can. lib. 2. c. 8. §. 4.  
CARPZ. Iurispr. consift. lib. 2. def. 333. n. 1.

Gol.

Solches auch denen antiquis canonibus conciliorum gang  
gemäß scheinet.

c. Episcopus 2. C. 10. qu. 2.

c. 23. et vlt. C. 12. qu. 2.

DVAREN. de SS. eccles. minist. lib.2. c. 4.

Wie denn auch der selige Lutherus dieses bezeugeit und erin-  
nert / daß kein Pfarr-Herr etwas eigenes an der Pfarr habe/  
sondern nur in den Pfarr-Güthern Güte wären/und solche hin-  
ter sich lassen müssen.

LVTHER. tom. 6. Wissel. fol. 332.

Einfolglich denen Rechten nach des Vsluctuarii Erben/sofern  
der Vsluctuarius vor der Erndte stirbt/ die künftigen Früch-  
te zu fordern/nicht berechtigt seyn könne.

l. 13. et 58. quib. mod. v/fusfr. amitt.

Dennoch aber und dienveil kein beständiges und allgemeines Rationum dge  
argumentum ab vsluctuario ad pastorem ecclesiae ratione cidead,  
bonorum et agrorum parochialium zu ziehen/ ob wohl in ei-  
nigen Stücken eine Gleichheit anzutreffen seyn möchte/

CARPZ. cit. l. n. 6.

Vornemlich aber darinn ein merklicher Unterschied sich befin-  
det / daß die Pfarr-Güther dem Prediger an statt des ordentli-  
chen salarii et alimentorum assignaret werden / welcher Endo-  
zweck in dem vsluctu praecise nicht anzutreffen / eifolglich  
gleich wie die salario ministrorum pro rata temporis , quo  
praefuerunt officio sacro , zwischen dem Erben des verstorbe-  
nen Pfarr-Herrn und dem Successore müssen getheilet werden/  
also auch ein solches billig in fructibus messium , qui surro-  
gati sunt in locum salarii , gehalten werden muß / fructus  
enim ratione salarii ministris debiti sunt, in quibus cum ra-  
tio habeatur operarum praestitarum, oportet vtique diuisio-  
nem ita institui, vt pro rata temporis inter nouum pastorem  
et antecessorem eiusue heredes fructus messium, scenum,  
olera, aliisque tam naturales, quam industriales distribuantur.

CARPZ. lib. I. Iurispr. eccl. d. 178. n. 6. seqq.

M

Ein

Einsfolglich alshier nicht praecise auf die Zeit der Erndte geschen werden mag / weil sonst / da die meisten reuenuen eines Predigers öfters in Acker-Bau bestehen / es sich leicht zu tragen könnte / daß ob er gleich sein Amt treulich verrichtet / doch seine Erben dieswegen nichts mehr genießen würden / wenn er etwa noch vor der Erndte sterben sollte / auch sonst die allgemeinen Rechte extra casum v usfructus in andern Fällen diese computation approbiren / vt scilicet ratio fructuum habeatur inter vxorem et heredes mariti pro rata temporis / licet nondum percepti fuerint , cum fructus ibi percipiantur pro hac tenus sustentatis matrimonii oneribus.

l. 5. 6. 7. ff. *solut. matrim.*

Gleichwie in diesem casu ein Pfarrherr die Früchte propter labores et operam praestitam geniesset / und da nun der verstorbene Pfarrherr umb Michael ins Predigt-Amt gekommen / hergegen 8. Tage nach Heil-Drey Könige verstorben / so ist das erste Viertel Jahr bis Beynachten ohnstreitig deseruitet / und weil der verstorbene Pfarrherr auch das andere Viertel Jahr angefangen / und solches denen Rechten und Gewohnheiten nach pro impleto gehalten wird /

BRVNNEM. de Iure eccles lib. 2. c. 5. §. 10.

Dn. STRYK. diss. de anno gratiae c. 2. n. 25. seqq.

So folget von selbsten daraus / daß die übrige Zeit von Ostern bis Michael zum Gnaden-Jahr zu rechnen / und also ihr nothwendig das ganze Winter-Korn allein zu gute kommen muß / quia beneficio anni gratiae medicatatem omnium fructuum extra promeritum salarium vidua consequitur.

CARPZ. lib. I. Iurispr. Consift. def. 185.

So erscheinet daraus so viel / daß der Witwen das ganze Winter-Korn alleine den Rechten nach gebühre. TURGENEV  
Bey der andern Frage: Was dem neuen Prediger / welcher erst umb Iohannis 1704. sein Amt angetreten / an Früchten und Sommer-feld / und was von solchen der Witwen zu erndten zu stehe ?

Erken.

Quaestio se-  
cunda.

Erkennen wir vor Recht / ob wohl eingewandt werden möchte / Rat i ones du-  
dass bey währenden Gnaden-Jahr solches Sommerfeld nur bitandi.  
ein Viertel-Jahr bestellat gewesen / einsfolglich pro rata tem-  
poris ihr nur quarta gebühren müsse.

Dieweil aber dennoch/wie in voriger Frage ausgeführ-  
ret worden / in diesen Fällen man nicht allein auf den annum  
gratiae , sondern auch ratam anni deseruiti vornehmlich se-  
hen muß / und ob das Feld gleich nach des verstorbenen Pre-  
digers Tode erst bestellat worden/dennoch derselbe / bereits ein  
Viertel-Jahr von dem letzten Jahr und etwas darüber er-  
lebet / und seine Arbeit verrichtet einsfolglich ratio salarii , in  
cuius locum hi redditus substituti sunt , es mit sich bringet/dass  
nach proportion der Arbeit er oder seine Erben auch von den  
künftigen Früchten participiren mögen / dahero auch in sol-  
chen Fällen in Sachsen der Witwen nebst dem anno gratiae  
von dem anno deseruiti pro rata temporis so viel assigniret  
wird / als der Pfarrherr in dem Jahre noch gelebet :

CARPZOV. libr. I. Iurispr. consit. def. 24.

Welches / da in den Brandenburgischen auch nur ein halb  
Gnaden Jahr statt findet / alhier gar wol zu appliciren.

So ist die Witwe auch die Erindte der Sommer-Fruch-  
te zu thun befugt.

§. XXX. Fluit quoque (2) ex hactenus dictis, lucra  
quaecunque obuenientia in diuisionem esse deducenda, cu-  
iuscunque demum sint naturae et rationis, exceptis solis acci-  
dentalibus, vtpote quae pro singulis quasi servitiis sacris prae-  
stantur, et ei statim priuatiue acquiruntur, qui illa praesti-  
tit, quorsum pertinent nummi baptismales, missatici, con-  
fessionarii, qui pro precibus publicis soluuntur etc. Cete-  
ra lucra autem, quae non *intuitu specialis officii sacri*, sed  
*indefinita*, pro *officio ecclesiastico* quotannis percipiuntur,  
obiectum demum sunt diuisionis, de quibus nobis sermo est.

§. XXXI. Sunt autem haec lucra vel *ordinaria* vel *Bene tamen extraordianaria*. Illa quotannis percipiuntur statis quamvis *quaevis lucra tempore alia*.

*ab anno 1588  
anno 1590*

*Enumeran-  
tur ex 1590  
diparia.*

temporibus: haec vero rarius obueniunt, sunt tamen, ubi obueniunt, simul inter redditus parochiales referenda, maxime cum etiam usufructuario debeantur. B. HARPPRECHT. vol. novo Consil. 35. n. 7. Huc referto (1) *ius patronatus officio ecclesiastico cohaerens*, vi cuius pastor ecclesiae ius praefendant exerceat, et in quibusdam locis etiam *landemium* percipit. c. 7. X. de iure Patron. HARPPRECHT. cit. l. n. 73. (2) *ius dominii directi* in emphyteusi, vi cuius emphyteutam fundo certis in casibus priuare, et sic quoque redditus illius percipere potest, quamdiu fungitur officio sacro. IDEM cit. l. n. 74. (3) *ius mortuarium*, das Haupt-Recht oder Haupt-Fall, quod commoda ex hereditate hominum propriorum concernit. IDEM n. 75. (4) *Mulctae et poenarum compensatio*, quae extra ordinem quandoque redditibus parochialibus assignata sunt. (5) *Laudemia*, quae pro inuestiture in bonis emphyteuticis solvuntur. IDEM cit. l. n. 120. seqq. FRANZ. de Laudem. c. 7. n. 76. seqq. (6) *quaedam decimae*, quae non quotannis, sed post diuturna saepe interualla percipliuntur, quorsum pertinet der Fohlen- und Vieh-Zehende etc.

*Quae etiam  
in diuisione  
veniunt.*

*annus 1590*

*manus 1590*

*manus 1590*

*et ab acciden-*

*finckel-  
thys 1 de iure patron. c. VI. n. 118*, qui speciatim de *Laudemio* loquitur, haec lucra in diuisionem non essent deducenda, quod accidentis, ut putat, sint annumeranda, id quod etiam praeiudicio consistorii electoralis Lipsiensis illustrat. Quod vero de *Laudemis* afferit, sine dubio quoque de aliis lucris *extraordinariis*, antea relatis, intelligendum erit. Non immerito tamen de hac sententia dicitur CARPOVIVS lib. I. *Iurispr. const. def.* 192. n. 10. seqq.

*prae-*

praesertim cum ratio adducta omnino erronea videatur. calibus distin-  
Minime enim concedi potest, haec lucra cum *accidentalibus* reliquis conferri posse, cum potius naturam ceterorum  
lucrorum *ordinariorum* imitentur, et non pro certo defini-  
to officio sacro, ut *accidentalia*, sed in genere, sicuti reli-  
quia emolumenta, pro onere pastorali soluantur. Quod  
*accidentalia* priuatiue acquisita esse censeantur, nec in diui-  
sionem veniant, vel hanc rationem habet, quod sint *com-  
pensatio certi officii praestiti*, pro quo simpliciter soluantur,  
adeoque illud duntaxat, *an praestita sint?* respiciatur, quod  
ad haec *lucra extraordinaria* referri nequit, adeoque me-  
rito in diuisione fructuum ultimi anni deduci debent.

**§. XXXIII.** Cum itaque lites hac de quaestione olim saepe concitatae fuerint, in quibusdam ordinationibus ecclesiasticis peculiaris decisio de *Laudemio* reperitur, cui merito simpliciter standum erit. In ordinat. Magdeb. ec-  
cles. c. XX. §. 18. huic rei ita prouisum est: Die Lehn. Wah-  
ren/ wenn der Fall bey des Pfarrers als Lehn. Herrn Leben sich  
ereignet/ überkommen dessen Witwe und Erben/ entstünde er  
aber nach des Pfarrherr's Tode/ bey währenden halben Gna-  
den-Zahre/ sollen des verstorbenen Pfarrers Witwe und Er-  
ben die Lehn. Wahre/ welche si denn gedoppelt abgestattet wer-  
den muß/ unter sich und den neuen Pfarrherrn gleich theilen. In  
Ordinat. Gothan. eccl. P. II. c. 19. n. 10. laudemia a ceteris  
reditibus diuidendis haud separantur, sed expresse dicitur:  
Darunter auch die Lehn. Wahre begriessen. E contrario de  
decimis pecudum aliud placuit in ordin. consit. Marchicā  
tit. 23. Welcher Pfarrherr auf die Zeit/ da der Fleisch. Ze-  
hend gegeben wird/ Pfarrherr ist/ derselbige soll denselbigen  
allein haben und behalten.

**§. XXXIV.** Dantur etiam (3) lucra quaedam, cer-  
cis anni temporibus soluenda; et in panibus, pensionibus,  
aliisque similibus reditibus consistunt. Peculiari deficiente  
ordinatione, cum reliquis reditibus coaceruanda et diui-  
den-

Consensus  
ordinatio-  
num ecclesia-  
sticarum, ad-  
ducitur

Quomodo  
lucra certis  
anni tempo-  
ribus debita  
diuidantur.

denda sunt , siue dies eorum venerit tempore mortis defuncti pastoris , nec ne? Vbi vero anni initium a festo Michaelis desumitur , paulo alter hi computari solent . In ordin. Guelpherbyt. eccles. cit. l. §. 5. ea de re haec habentur : Dabey jedoch zu obseruiren / daß/wenn gleich Zehent & Korn/ Meyer/Zinsen/und andere dergleichen intraden erst nach Michaelis fällig werden / selbige dennoch / da sie wegen der vorher gehenden Erbde abgefragten werden / in die Auffkünfte des bis Michaelis gerechneten Jahres zu computiren . Pastore itaque circa festum Michaelis decedente, etiam hi redditus ad deferritum spectant , nec divisioni subiiciuntur , licet dies eorum demum post mortem defuncti pastoris veniat . Similiter in Saxonia electoral., teste CARPZOVI lib. I. Inris- pr. Confis. def. 107. huic rei ita prouisum est : Wann von decem an Geträgdig oder auch Geld/Zinsen zum Einkommen gehobet / werden gerechnet / daß sie Michaelis verdienet / ob sie schon erst umb Martini , Weynachten oder Fastnacht gefällig/ non propterea , prout CARPZOVI cit. l. fin. arbitrat- tur , quod fructus et censu de proximo colligendi pro iam collectis haberit debeant ; sed quod intuitu mesis , cuius dies viuente pastore , cessit , solvantur , et sic merito de- ferritio accenseri debeant.

Impensa fructibus de- ducendae.

§. XXXV. Ulterius (4) inde colligitur , impensas , antequam portiones fructuum sicut , deducendas esse , ut in simili casu dicatur in l. 7. pr. solut. maritim. cum fructus hanc intelligentur , nisi deductis impensis . Ita diserte in ordin. eccles. Guelpherbytana P. I. c. 17. §. 3. Davon zuvor derst die impensae in agrorum cultum et messem factae ab- zugiehen / und demjenigen / so solche ausgeleget / zu restituiren . Idem in Saxonia iuris esse testatur CARPZOVI lib. I. zu- rispr. Confis. def. 176. id quod etiam recta ratio suadet . In ordin. confis. Marchic. tit. 23. de impensis in cultura agrorum faciendis , ex quorum messe heredes defuncti portio- quem sperant , ita prouisum est : Dagegen soll auch der abgie-

abziehende Pfarrherr/ oder seine Erben die zukünftige Winter-Saat auch pro rata temporis, nach dem sie von denen Früchten nehmen/ geben/bestellen und säen helfen/ als da ein oder zwei Viertel Jahres weniger oder mehr die Früchte nimmt/ so giebt und bestellt er auch den vierten Theil oder die Helfste/ weniger oder mehr die Saat/ so fort an nach Anzahl der Früchte/ so er bekommt. Gleicher Gesetzestext soll es auch mit der Sommersaat und Bestellung der Acker darzu gehalten werden. Ita quoque centuit ill. Facultas iurid. iurius loci mens. April. 1707. ad quæstionem: Ob nicht der neue Prediger / die in den Acker bey seinem Anzuge befindlich gewesene/ und nach Landes-Art/ was billig und recht/ dieserwegen angefegte meliorationes cum usuris der Witwen bezahlt müsse?

Ob wohl die Witwe ratione anni deseruit et gracie von denen reditibus percipiendis vieles participiret/ und dahero es das Ansehen gewinnen möchte/ als ob sie über dem nichts mehr praetendiren könne;

Dieweil aber dennoch die impensae und meliorationes ex noua plane causa debendi herrühren/ und auch sonst ein Prediger die impensa fructuum pro rata mit tragen muss;

CARPZ. lib. I. Jurispr. Consist. def. 176.  
Diejenige meliorationes aber / so in perpetuum rei utilitatem gemacht worden/ dem künftigen Successori allerdings zu gute kommen/ auch über dem der jetzigen Witwe versorgerer Ehemann bey seinem Anzuge solche ersättigen müssen/ welche auch bereits liquidiret / und doch bisher nicht abgetragen worden/ einsöglich der Successor in mora soluendi gewesen/ quo casu etiam debentur usuriae, so ist der neue Prediger solche cum usuris a tempore morae der Witwen zu bezahlen schuldig;

§. XXXVI. Denique (5) hoc etiam ex hac tenus dictis fluit, heredes quoscunque ad anni deseruit reditus esse admittendos, cum ad patrimonium defuncti spectent, et

Annus deser-  
vitus ad her-  
editatem de-  
functi spectat,

et hereditati insint. Proinde etiam (a) aes alienum inde deducendum, STYPMANN. de salar. cleric. c. II. n. 34. seqq. RAVCHBAR. P. I. qu. 25. n. 22. et concursu super defuncti bonis moto, ad massam referri debent. CARPZOV. lib. 1. iurispr. Consist. def. 180. (b) Inventarium quoque ecclesiasticum inde supplendum est, cum defectus inventarii ad aes alienum spectet. CARPZOV. cit. l. def. 181. (c) vidua in iis locis, vbi marito non succedit, de hoc deseruato quoque haud participat. Si autem vigore pactorum dotalium, vel ex statuto ius succedendi habet, etiam ad hos redditus pro meritos est admittenda etc.

## C A P V T IV.

## De anno deseruito feudali.

## S. I.

Datus annus  
deseruitus  
feudalis, quod  
ex natura  
feudorum  
principia o-  
renditur.

**D**octrinam in praecedentibus capitibus explicatam, etiam in iure feudali usum habere, vel ipsa feudorum origo ostendit. Quid enim feuda vel beneficia ab initio suere, quam salariū, stipendium, merces pro seruitio, vel militari vel antico praestando? Formatam enim hanc vocem ex antiqua voce Saxonica Feo, Feh vel Feoh, quae merces et stipendium denotat, iam dudum ex SELDEN O obseruat CANGIVS in Gloss. in voce Fendum. Vnde ab initio Fendum etiam dictum fuit, mutato forsitan b. in d. vel prout Dr. LYNNER. in anal. ad Ius Feud. Stru. c. II. aph. 1. n. 3. arbitratur, quod sit compositum ex FE, quod est stipendium seu merces, et OD, quod bona seu possessionem notat, quasi sit possessio stipendiaria, hoc est, bona in stipendium seu salariū

25

larium alicui assignata. Plenius hoc demonstrat exc. Dn. LVEDVIG. diss. de Indale Feudor. c. II. §. 2. segg. Id ipsum quoque status antiquorum temporum prodit, quibus salaria ministris et officialibus, imprimis vero rei militari operam nauantibus, non soluebantur in pecunia, cuius sufficiens copia deerat, sed in aliis emolumentis ex praediis, que in promptu erant, percipiendis, prout adhuc hodie ex antiquo instituto rem diuinam facientes eiusmodi commoda pro diuisis officiis percipiunt. conf. GREGORIVS TVRONENSIS in Praef. ad Lib. V. HADRIANVS VALESIVS Lib. VII. Franc. p. 360. Et cum Francorum gens bellis prorsus dedita esset, et ita officia militaria sere omne in republica punctum ferrent, non mirandum est, ab initio pro servitio militaribus feuda fuisse a regibus Francorum constituta, quamvis praeterea aliae causae, Franci peculiares, concurrere potuerint, ab ill. Dn. THOMASIO in diss. de origin. Feudal. exppositae. Postquam sensim officia aulica invaluerent, nobilibus, in sensu latiori sumtis, assignata, feuda quoque his concessa sunt pro prestatatione officii alicuius stipendiis salariisque loco; et ita pedetentim progressus vberiores fecerunt.

§. II. Ab initio stipendia haec dicta fuisse BENEFICIA, noto notius est, quae appellatio, sicut olim diuersos significatus habuit, quos explicat SAMUEL PITISCUS in Lexic. antiqu. Rom. voc. beneficium, ita feudis ideo applicata fuisse videtur, quod, quae ex liberalitate principum, sicut ab initio feuda ex concessione Francorum Regum, profecta essent, beneficia dicerentur, notante EODEM cit. b. Eleganter AVGUSTINVS Serm. I. in Vigil. Pentec. Notum est, ait, quod milites seculi beneficia temporalia a temporalibus Dominis accepturi, prius sacramentis militaribus obligantur, et dominis suis fidem se seruatores profitentur.

N

Imē

In hibilo 1011  
In quibus  
obviis meup  
citas maz  
In assidua

Imitata est hunc morem Ecclesia, et pro servissis ecclesiasticis clericis certa bona perfruenda concessit, eaque beneficiorum appellatione insigniuit, quae nihil aliud quam *seuda ecclesiastica* fuerunt. Iam circa finem seculi V. nonnunquam bona ecclesiae quibusdam perfruenda concessa fuisse constat c. 61. c. 16. q. 1. quod tandem in morem constantem adeo abiit, ut veram et genuinam feudorum antiquorum indolem adhuc in *beneficiis ecclesiasticis* cernereliceat, quae alias hodie admodum immutata est. Obseruat id ipsum ESPENIUS P. II. Iur. Eccles. tit. 18. c. 1. §. 9. docetque, quod, sicut *praedia*, quae beneficiario iure a principe possidebantur, mortua persona, extinguebantur, et ad principem revertebantur, ita quoque primitus comparatum fuerit, ut res ecclesiae iure beneficiario concessae tantum ad eorum vitam censerentur datae, ipsasque possiderent non iure tituli, sed tantum iure personali, ut ita post mortem totaliter ad Episcopi dispositionem reverterentur. Postquam vero hoc ipsum in constantem abiit morem, ut loco salarii redditus ecclesiastici certo officio deputarentur, Episcopi quoque, tanquam ordinarii beneficiorum collatores, modo feudali clericos de iis inuestierunt, et iuramentum fidelitatis ab iis reperunt, quod variis exemplis illustrat GERARDVS DUBOIS tom. II. histor. Paris. lib. 17. c. 7. §. 10. Imo nec aliunde riatales inuestiture per annum et baculum arcivescendi sunt, quam quod Imperatores, a quibus praelatura primariae crederae erant, Praelatos de bonis ecclesiasticis, tanquam domini feudi et patroni inuestirent, et idem ius, quod patronis in ecclesiis ruralibus vigore des Pfarr. Lehns competit, exercentur.

Nec aliud dicendum, post de iure anni deserviti in feudis recte quaeri, et quamuis tractum feudo- rum ratio mutata est,

§. III. Quae cum ita sint, expeditum est, etiam  
Etu temporis pristina feudorum natura admodum mutata  
fue-

fuerit, generalem tamen retinuerunt naturam, ut sub *lege fidelitatis*, et quidem ut plurimum ob *seruitia* vel *'definita* vel *indefinita* praestanda concederentur, prout plenius docet ANDREAS KOHL de *seruit. feudalibus*. Videamus ergo de *fructibus ultimi anni*, quatenus iure *deserviti* ad heredes allodiales transmitti queant.

§. IV. Constat autem variis finiri feudum modis:  
 (1) morte *vasalli*, quo casu vel reuertitur ad *dominum*, deficientibus descendantibus, qui a primo acquirente sanguinem trahunt; vel ad *successores* feudales transit. Priori casu ut plurimum recurrunt ad 2. f. 28. §. 18. *bis consequenter*, quamvis interpres non eundem gustum circa decisionem textus habeant. Ait Feudista: *His consequenter dicitur, quod si vasallus decedat sine herede masculo, et contingat* *feudum ad dominum reuerti, sic distinguitur, quod si ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo proueniens ad dominum pertineant. Si vero post Kalendas Martii usque ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes vasalli pertineant, si vero post Augustum, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quounque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad dominum pertinere. Fluunt Feudista, nec mirandum, cum capite praecedente obseruatum fuerit, circa beneficia ecclesiastica doctores etiam admodum fluctuisse. Interim hoc expeditum est, ab eodem magis priorem sententiam approbatam, et posteriorem, quae a Legistis ex l. 44. D. de R. V. assumta videtur, tantum relata reluisse. Quae vero praeceos Longobardicae ratio fuerit, secundum quam adducta temporum interualla adeo distincta fuerint, maiorem difficultatem habet. Admodum probabilis est sententia Ill. Dn. COCCETI diff. de Iure Semin. Sct. VI. §. 1. statuentis, *ius hoc debere suos quasi natales inri* *S. XONIS*.*

Si ad dominum deuoluitur feudum  
morte vasalli, datus in naturalibus fructibus institui tolet, secundum ius Longob.

Cuius ratio traditur.

xonico. Nam, pergit, quia Longobardi, iuris huius fenda-  
lis auores, e terris Saxonis vel Saxonae vicinis olim pro-  
fecti in Italiam migrarunt, non vana est coniectura, ius,  
quod apud Saxones a cultura dependet, in Italiam inuestitum,  
et sic a collectoribus feudatum consuetudinum nobis reli-  
ctum esse. Eadem sententiam suam fecit excell. Dn. LVDE-  
VVIG. diss. de different. iur. Rom. et German. in fruct. attri-  
but. p. 43. lit. H. eamque paulo vberius illustravit ex iuris Sa-  
xonici vulgato asserto: was die Egge bestrichen/ und die  
Hache bedecket/ folget dem Erbe/ de quo vid. B. HERTIVS  
in Paroem. Iur. Paroem. 20. Ideo enim Kalendae Martii  
pro termino a quo constitutae esse videntur, quia in Italia  
eo tempore ager iam rastris subactus, et opera in producen-  
dos fructus necessaria absoluta erat. Finis Augusti autem  
rursus pro termino a quo constitutus est, quia eo tempo-  
re messis et vindemia etiam ut plurimum in oris Italiae iam  
facta erat. De vindemia hoc luculenter probat BITSCHI-  
VS ad 2. Feud. 28. p. 540. ex l. 2. C. de Feriis, et PLINIO  
lib. XVIII. nat. histos. c. 31. quod etiam excell. Dn. LVDE-  
VVIG. cit. l. p. 44. approbat.

Interim ius §. V. Sed ita non omnes superatae sunt difficul-  
Longobardi-  
tates. Nam (1) termini hi ad mores Germaniae simplici-  
cum cum ter quadrant, cum hisce in oris Kalendis Martii ager  
grano salis non sit rastris subactus, nisi quoad semina, quae tempore  
moribus Germanicis applicandum cura et cultura demum post Martium finitur. Similiter cir-  
est.  
ca finem Augusti nec vbiique messis, nec vindemia facta  
est, vnde si FEUDISTAE sententia recipienda est, termini  
hisce non simpliciter inhaerendum, sed potius ius Sa-  
xonicum sequendum erit. (2) Distinctio Feudistae ad  
quaedam lucra feudalia applicari nequit, sed tantum per-  
tinet ad fructus naturales, adeoque quid de ceteris com-  
pen-

pendiis dicendum sit, maxime ambiguum est. Videamus de singulis.

**S. VI.** Agit de his **CARPZOVIVS P. III. C. 33. De fructibus def. 9.** et inter *fructus industriales* refert lac, lanam, ius ciuilibus dicendi cereuism, venationes, fructus aucupiorum, lauidendis va pidicinarum, cretifodinarum etc. additque, cum ad hos fructus non applicari posse dispositio iuris Saxonici, standum esse etiam in foro Saxonico dispositioni iuris communis. Inde infert n. 9. cui consequens, heredes lucrari lanam et lac, nec non venationibus vii per totum annum, si vasallus post Kalendas Martii deceaserit. Ex hac pariterrati ne in foro etiam Saxonico heredes allodiales vasalli, qui post Kalendas Martii deceedit, per totum illum annum in praediis feudalibus cereuism coquere, illamque vendere poterunt. E verbis adductis liquet, **CARPZOVIV M**exitimasse, iuris Longobardici placitum a iure Saxonico diuersum esse, id quod tamen erroneum est. Dum itaque concedit, iuris Saxonici dispositionem ad adductas emolumendorum species applicari haud posse, praefertim cum Feudista tantum de *fructibus naturalibus* disponat, simul adstruere debet, nec ius Longobardicum his applicari posse. Proinde Dn. **SCHVVEDER.** diff. de *Fructibus Feud.* §. 21. seqq. in alia omnia iuit, et de singulis speciebus diuersam formauit decisionem. Nam (1) *ius venandi* heredibus per integrum annum competere negat, quo cunque etiam tempore vasallus deceaserit, quod sit priuilegium reale, ipsi feudo cohaerens, adeoque ipsum sequatur feudi successorem. Idem (2) de *ture cognendi cereuism* dicendum esse iudicat, et multo magis de *iurisdictionis feudalis commodis*, seu *mutilatis*, cum illa, qua talis, ad heredes haud transeat. (3) *Lanam ouium* nondum detonsam abiudicat heredibus allodibus, sed instar fructus pendentis assignat successori feudali

N 9

dali

Sententia  
Schvveder  
refertur.

dali iuxta l. 42. de usur. (4) *Pisces* in piscinis et stagnis attribuit itidem successori feudali, si vasallus pisces simul a domino directo in feudum acceperit. (5) *Mortuaria*, ut pro te viuo vasallo non debita, itidem successori feudali cedere ait. (6) *De annuis redditibus plenius* §. 31. docetque eos, vasallo ante terminum solutionis mortuo, successori feudali esse assignandos etc. Denique in *fructibus ciuilibus* solent hanc construere regulam, quod, *quia dispositio iuris feudal is ad eos non quadret, iuri communi hic standum sit.* Longe aliter sentit FRANCISCVS GALLVS de Fructib. disp. 27. art. 2. n. 7. seqq. qui varie, sed fere sine certo fundamento distinguit, et infinitum foret, omnes Doctorum enumerare sententias, quae in decisione feudali tam inad aquata non possunt non variare.

Galli sententia diuersa.

Si ad agnatos feudum deuoluto, adhuc magis ambigunt, dum quidam procedendum esse volunt iuxta l. 64. D. de usur. quod decisio rata anni in iuris feudalis sit exorbitans nec extendenda: quidam procedendum esse arbitrantur iuxta 2. f. 28. cum 2. f. 45. Feudi fta se referat ad priorem textum, eumque etiam ad hunc casum applicasse videatur: quidam denique pro rata temporis fructus diuidendos esse volunt, quod feudum posseidetur ex causa onerosa, et vasallus propter fructus praefest seruitia, et ita *pro rata temporis* fructus promeruisse censem tur. Hanc ultimam sententiam etiam defendit SCHRADER de Fend. II. p. 9. part. princ. sed. 3. n. 32. argumento desumpto a fructibus fundi dotalis anni ultimi, cui adhuc duodecim addit. argumenta, parum roboris in se habentia, et n. 92. seqq. ad rationes dissentientium responder, putarque in 2. f. 45. non agi de transmissione fructuum ultimi anni in heredes allodiales, sed de debitis ex fructibus ultimi anni soluen- dis.

*dis*, quo casu tantum distinctio e. f. 28. adducta obseruanda esset, quae tamen responsio satis lubrica est.

§. VIII. Tot tantisque dubiis fluctibusque est ex-  
posita doctrina haec de *anno deseruato feudalii*, quae tamen  
fere quotidiana est. Si a iuris feudalis dispositione discedimus, facilissimo studio omnia obstacula dissipari posse crede-  
rem, si recursus ad principia antea explicata fieret. Feuda  
enim instar *salariorum* data ab initio fuisse in compensa-  
tionem *seruitiorum* *feudalium* §. 1. seqq. dictum est, et sic  
emolumenta ultimi anni eodem censeri debent iure, quod  
in genere in *anno deseruato* obtinet. Et quamvis feudo-  
rum ratio hodie in plurimis admodum mutata sit, in eo  
tamen retinuere primaeuam suam indeolem, quod *fidelita-*  
*ris praefandae* intuitu et inde dependentium *seruitiorum*  
*vasallis* dentur, et consequenter non omnem rationem *sa-*  
*larii* *ripendiique* amiserint. Id quod animaduertentes  
nonnulli doctores generaliter, vel in certis casibus, divisionem  
redituum admiserunt, ut anteavidimus. conf. BERLICH.  
P. III. conclus. 43. n. 25. seqq.

§. IX. Quia vero ius Feudale Longobardicum Vera ratio  
ab hac doctrina prorsus recessit quoad *fructus naturales*, procedendi  
in praxi hoc modo procedendum esse arbitror. Ante in hac mate-  
ria.  
omnia distinguendum inter *fructus naturales*, quos na-  
tura producit, et *civiles*, qui ex prouisione hominis  
partiumque conuentione proueniunt, et occasione  
rei percipiuntur, vt sunt mulcta, laudemium, mor-  
tuarium, gabella, vsurae, decimae, redditus etc. In na-  
turalibus ante omnia ad statuta et provincialles locorum ad statuta lo-  
constitutions respiciendum, quae a iure Longobardico corum.  
nonnunquam recedunt, vt exemplo *iuris Saxonici* et  
*Marchici* liquet. His deficientibus, rursus videndum, (2) An ius  
verum

Imo regula-  
riter haec di-  
uisio instira-  
enda esset, si  
ius Longo-  
bardicum de-  
cesset.

Longobardi- vtrum dispositio iuris feudalis recepta sit in eo loco , in  
 cum sit rece- quo haec quæstio incidit, nec ne ? Praxim enim eius da-  
 ptum. biam esse afferunt WESENBEC in addit. ad SCHNEI-  
 devvin, in §. 30. de R. D. n. 5. lit. F. SVEVVS Ex-  
 ercit. Fend. 9. ass. 2. excell. Dh. LVDEVVIG. Diff. de  
 different. iur. Rom. et Germ. in fract. attrib. p. 52. et  
 57. cum ius Feudale Longobardicum non ubique ean-  
 dem habeat autoritatem , et tunc maxime respuendum  
 sit , si vel cum moribus Germaniae pugnat , vel ratio-  
 ni iuris non adeo conforme esse videtur. Alleganti  
 ergo obseruantiam in hac doctrina incumbit probatio ,  
 qua deficiente , redditus regulariter inter successorem  
 feudalem vel dominum et heredes allodiales , diuiden-  
 dos esse existimarem , cum haec diuisio et rectae rati-  
 oni , et principiis iuris communis admodum conformis  
 sit , exceptis tamen redditibus *quotidianis* , qui , sicuti  
 vsque ad mortem vasalli iam percepti sunt , ita in diui-  
 sionem amplius venire nequeunt.

De hoc ta- men si con- stat , utroque asserta obseruantia iuris Longobardici , diuisioni ante- casu in natu- ralibus iuri- Longobardio co standum. 45. aperte liquet. Nec admittenda est SCHRADERI supra relata restrictio , quod in hoc textu tantum de debitis ex fructibus ultimi anni soluendis agatur : ideo enim debita inde soluenda sunt , quia ad allodium spectent , ex quo debita vasalli sunt soluenda. Aut ergo utroque casu admittenda est diuisio fructuum pro rata anni , aut distinctio iuris feudalis ad utrumque applicanda est casum. Quod vero in casu feudi ad agnatos deuoluri plurimi ad diuisione fructuum prouocauerint , non leue sane indicium praebet , iuris feudalis dispositio- nem a plerisque desertam fuisse , et ita praxim eius eo magis dubiam esse , quod haec ex *interpretum doctrina et commentatione ortum traxerit.*

§. X.

§. X. In fructibus ciuilibus ius Longobardi-  
cum deficit, vt pote de quibus non loquitur, obseruan-  
te Dn. COCCERO de Iur. Semin. sect. VI. §. 13. ex-  
cepto solo eo casu, si vasallus praedia feudalia locauerit,  
cum locarium soluatur pro fructibus, et ita fructuum ius  
sequi debeat. Quocirca etiam in iis locis, vbi ius Lon-  
gobardicum receptum est, subsistendum in iure com-  
muni, et diuisio horum reddituum pro rata ultimi anni  
fuscienda. Nec sequenda CARPOVII §. VI. ad-  
ducta tententia, quae erronee praesupponit, ius Lon-  
gobardicum de quibusvis intelligendum esse lucris, cum  
tamen ratio eius potissimum quaerenda sit in cultura et  
suya, quae in ciuilibus evidenter cestat. Subsistendum  
ergo magis in diuisione pro rata anni, quod etiam  
concedit ill. Dn. COCC. cit. l. §. 15. seqq. Nec  
in piscina aut stagno, cum piscibus in feudum dato, aliud  
dicendum esse arbitror, vt ut doctores hic admodum va-  
rient, teste BERLICHO P. III. concl. 45. n. 20. seqq.  
Quamuis enim non ubique ad fructus annuos commoda  
piscinae referri queant, quia alicubi singulis, alicubi ter-  
nis annis pescatio fieri solet, hoc tamen non impedit,  
quo minus heredibus pars horum reddituum commode  
assignari queat. SCHRADE R de feud. cit. l. n. 72.  
In lana ouium aliquis similibus lucris eadem aequitatis  
ratio deprehenditur, adeoque laudemia, gabelaeque  
et mortuaria, si in ultimum annum incident, in diui-  
sionem venire debent. Quod vero BERLICH. P.  
III. concl. 43. n. 39. limitationem in feudo Cameræ et  
Cauenæ (vel ut aliqui loqui malunt Canevæ) constitutæ,  
rationem non habet. Ait, vasallos in tali feudo, anno  
semel coepro, decedentes, redditus totius anni transmis-  
se ad heredes, quod ex principiis c. II. reprobatis fluit,  
adeoque peculiari refutatione non indiget.

Ad fructus ei-  
uiles applica-  
ri nequit ius  
Longobardi-  
cum.

Ergo' diuisio  
pro rata anni  
facienda.


Quid obtingat in feudo

§. XI. Denique si per feloniam amittitur feudum , diuisiōnem fructuum cessare arbitror. Praesupponit feloniam , vasallum egisse contra fidelitatem domino debitam, intuitu cuius commoda feudalia percipit, Quemadmodum itaque vasallus ipsa substantia feudi priuatur in poenam perfidiae commissae , ita multo magis reditibus nondum perceptis priuandus erit, quos ob causam percipere debebat, quae, feloniam commissa, cessa-  
t. Ceterum a quo tempore fructus quoque amittat, utrum a tempore commissae feloniae, an vero sententiae priuatoriaie, ex illa praejudiciale quaestione dependet: an et quatenus feudum ipso iure amittatur , et quatenus sententia sit declaratoria vel priuatoria ? quam late Feudistae explicant , ad quos breuitatis studio B. L. remitto. conf. STRUV. Ius Feud. c. XV. aph. XI. n. 4. Dn. SCHVVEDER. de fructibus feudal. §. 35. seqq. ROSENTHAL. de Feud. c. X. concl. 42. n. 14. seqq. GAL-  
LVS de Fructib. c. 27. art. 2. n. 13. Ego vero riuos claudendos esse arbitror, cum sat prata bibisse videantur.

S. D. G.



Gene-



Generoso atque doctissimo

*R E S P O N D E N T I*

S. P. D.

**P R A E S E S .**




Ptimum militiae peractae sti-  
pendium censetur rerum gesta-  
rum gloria , et literarum inte-  
riorum Academicorumque la-  
borum desideratissima merces  
in ipsis studiorum fructibus  
deprehenditur. Illa quidem  
homines allicere solet, vt qua-  
uis pericula grauiSSima subire , et ipsam denique  
O 2  
mor-

mortem obire alacres promptique sint , nec tot mole-  
 stiis et perferendis laboribus deterreantur : hi vero ,  
 quos militia togata producit , in summa percipiuntur  
 tranquillitate , hostium furorem non sentiunt , nec  
 iacturam rei inestimabilis , qualis est vita , secum  
 trahunt , sed sine vlo vitae discrimine acquiruntur ,  
 adeoq; ὥπεροχη haud sfernendam ilis attribuendam esse  
 expeditum est . Trifitissima vtique merces laborum  
 est , pro patria sanguinem profundere , et tamen tot  
 fortia pectora illam appetunt : Laetior omnino se-  
 ges speranda est ex sudoribus Academicis , quibus  
 ipsis animus ab erroribus , quos naturaliter amat ,  
 purgatur , ad quaevis negotia publica pertractanda  
 praeparatur , instruiturque , vt per tramitem iusti-  
 tiae et legum culturam non minus publicae rei fa-  
 lutem promouere queat , quam hi , qui hostem a  
 finibus reipublicae propellunt . Hanc ipsam ingress-  
 sus es viam , GENEROSE RESPONDENS ,  
 Teque totum iis dedisti studiis , quae præmia e-  
 minentissima cultoribus suis non possunt non adfer-  
 re . Neque enim tantum propria , quae in Te est ,  
 alacritas Tibi hunc in literas elegantiores ardorem  
 indidit , sed praeterea PATRIS T VI PERILL V-  
 S T R I S , Viri ad bonum rei et publicae et lite-  
 rariae nati , exemplo præclarissimo adeo excitatus  
 es , vt non potueris non omnes animi neruos ad  
 parandam solidam eruditionem intendere . Quoti-  
 die enim Tibi ab ineunte aetate ob oculos versatus  
 est

est ille indefessus labor , quem inusitata sua prud-  
entia Reipublicae impendit ; quo fatigata recreat,  
corrupta emendat , et quae saluti publicae prodeſſe  
queunt , consiliis sacris ſuggerit. Et quod paeclariſſimum Tibi accidere poterat , ſimil animaduertiſti , inter tot eximios labores publicos animum  
**E I V S** literis interioribus adeo deditum fuifſe , vt  
 vel requiem in earum cultura quaefiuuerit , nec  
 ab officio ministri ſtatus intimi alienum eſſe duxerit , in literis viuere. Longum vitique iter eſſe per  
 paecepta , breue et efficax per exempla , ſciuifti.  
 Sed nec paecepta Tibi defuerunt , quibus **PATER**  
**PERILLVSTRIS TVVS** , Te in Academijs  
 Tübingerſi et hac Fridericiana imbuendum eſſe  
 censuit , cuius voluntati etiam morem ſponte geffiſti , et ex iis , quae in rem Tuam facere potuere ,  
 omni animi impetu collegisti , et in uſus Tuos  
 conuertisti. Atque vt eo facilius feliciusque ad  
 metam propositam properares , **P A T R I S T V I**  
**O P T I M I** indulgentia curaque talem Tibi co-  
 mitem Ephorumque dedit , cuius induſtriam et fer-  
 uorem quotidie intueri , et cuius ope eruditioneque  
 paecepta Tibi tradita in ſuccum ac ſanguinem con-  
 uertere posſes , id quod etiam fauſto conatu perfe-  
 cit. Tot ſubſidiis itaque instructo exoptatus dees-  
 ſe non potuit ſuccellus , quem vel haec ipsa diſputa-  
 tio , qua eruditioſis acquisitiae documentum publi-  
 cum edere intendis , declarat. Nam ex confilio  
 O 3 PER.

PERILLVSTRIS PATRIS TVI eiusmodi thema in publicum sistis , quod vario doctrinae genere se commendat , simulque ostendit , Te in quibusuis iurisprudentiae partibus fatis exercitatum esse . Sicuti itaque mihi iura tradenti inter alios sedulam dedisti operam , meque directorem publici certaminis esse voluisti , ita quoque meum est , publice Tibi applaudere , et approbationi publicae meam subiungere gratulationem . Faxit DEVS , vt iter , quod iamdudum ingressus es , quotidiana cura et industria perficere , et ex PATRIS PERILLVSTRIS TVI formula viuere semper pergas . Dab. Halae d. XXIII, Mart, MDCCXV.



Halle, Diss., 1775 A-B

ULB Halle  
004 526 937

3




f

56.



B.I.G.



DISSE<sup>R</sup>TATI<sup>O</sup> IVRIDICA  
DE<sup>R</sup> PRI. 4<sup>1</sup>. num. 10.  
ANNO DESERVITO  
SEV 1715 3a 7  
SALARIO PROMERITO,  
QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO DOMINO  
CAROLO  
INCIBE PORVSSIAE MARCHIONE BRAN-  
DENBURG. RELIQUA  
IN  
REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE  
DOMINO  
ESTO HENNINGIO BÖHNERO.  
I. V. D. PROFESS. IVR. ORDINAR.  
D. XI. APRIL. MDCCXV.  
IN AVDITORIO MAIORI  
PVBLICO EXAMINI SVBMITTET  
JOANNES ADOLPHVS DE LVEDECKE,  
WOLFENBUTTELENSIS.  
HALAE MAGDEBURGICAE,  
TYPIS IOANNIS GRVNERI, Academ.

